femininū·hec hyems· huius hyemis·In abs · ut hic arabs·hꝫ arabis.hec trabs hꝫ trabis·Vetustissimi etiaꝫ trabes ꝓferebāt ꝓ trabs·In ebs·cor · latina omis generis·ut hic & hec & hoc celebs celibis· In ebs·ꝓuctā vnum feminū latinū·hec plebs hꝫ plebis·Dicit tam & hec plebes·huiꝫ plebei·Lucanus in tercio·Nescit plebes ieiunia timere· In obs femina latina·hec scobs huiꝫ scobis·In ibs·vnum latinū mas·hic calibs huius calibis·In urbs. vnum feminum·hec vrbs huiꝫ vrbis.In aps·vnū femininum·hec daps huiꝫ dapis·Sed ntūs in vsu freqn ti non est·In eps·vnū latinum masculinū·& q̄daꝫ ois generis·hic māceps huius mancipis · & hic & hec & hoc ꝓticeps·hꝫ ꝓticipis·Adeps vl'adipes i vtroqꝫ genere inueniē·In ops. vnū latinum inuciē feminū·Vnde hec opis huiꝫ opis·nomē mris deoꝝ vel copia·cuiꝫ quoqꝫ ntūs in vsu frequenti non ē· sed illiꝫ qꝺ ex eo cōponiē omune omis generis·ut hic & hec & hoc inops inopis·Vetustissimi tamē hic & hec & hoc ops & copa ꝓ opulentius & copiosus ꝓferebant·In ips·greca·ut cinips cinipis· In irps·latinū vnum·vt hic & hec stirps huiꝫ stirpis·In alx·vnū feminū.ut hec falx huiꝫ falcis·In ax·cor̄·latina & greca·ut fax facis·hic abax abacis·qꝺ tñ & hic abacus·huiꝫ abaci frequēter inuenitur·In ax ꝓuctā·ut hic pheax huiꝫ pheacis In ex·correptā·ut hic lelex·huiꝫ lelegis·& hic ilex ilicis·In ex·ꝓuctā latina mas·vel femina ·vel omunia triū genez·ut hic rex·huius regis·hec lex · hꝫ legis·hic & hec & hꝰ exlex exlegis·In ix·cor·latina masculina & femina·hic calix·huiꝫ calicis·hec pix· huiꝫ picis·hec nix·huiꝫ nuis·In ix·ꝓuctā greca & latina masculina etiā fe·vel omunia triū generū vt hic phoenix.huiꝫ phoenicis· hec cornix huius cornicis·hic & hec & hoc felix·huiꝫ felicis· In ox· correp·feminū·hec nox·huiꝫ noctis·& ex eo cōpositū omune trium genez·hic & hec & hoc pnox huiꝫ pnoctis·In ox·ꝓuctā·hec vox·huiꝫ vocis· In ux·correp·mas·& fe·ge·hic volux volucis·hec nux nucis·hic & hec dux·huiꝫ ducis·In ux·ꝓu· mas·vel fe·ge·ut hic pollux pollucis·In ix· greca tam mas·q̄ fe·hic sandix sandicis·hec stix stigis· In aex·fe·hec faex·huius faecis·In aux·vnum feminū·vt hec faux·huiꝫ faucis·In anx·vnū·hec lāx· huius lancis·In unx·vnū cōmune·hic & hec ciunx huius cōiugis·In arx·vnū feminū·hec arx huiꝫ arcis·In ac·vnū neutrū inueniē·hoc lac huiꝫ lactis· In ec.vnum neutrum·ut hoc allec allecis·In ut·ut hoc caput huius capitis·

¶De genere nominum·

Ex generibꝫ ꝓdictarum terminatōnū alio quid nūc dicam?·Et gratia tercie declinatōis etiam de generibus aliaꝝ declinationū in ꝓdictis terminatōibꝫ finiēciū subiūgamus

Omnia noīa desinentia in a.in ntō casu singulari sūt fe·generis·ut musa·ꝑter ꝓpria noīa viroꝝ·ut catalina·Et fluuioꝝ vt tyria·secana.Et noīa officioꝝ ad mares ptinētia vt scriba lixa nauta collega·Et noīa populoꝝ · vt geta & sarmata q̄ sunt mas·generis·ꝑter dama talpa panthera q̄ sunt īcerti generis·Cometa et planeta que sūt mas·ge·Et ꝑter cōpositā & derivata a verbis vel ꝓticipijs a masculinis nō trāsformata vt aduena indigena·Et gentilia seu patria · vt frā cigena & nimiuita·Et imitatīa·ut pistianista que sūt omunis generis·De ꝓdictis cōpositis excipiū tur a pario cōposita·ut vipera & puerpera que sūt tñ femini ge ·Et ꝑter noīa tercie declinatōis · vt dogma matis·sophisma matis q̄ sūt neu·ge·Et ꝑē greca seu barbara.ut māna osāna alleluia·Et nōia literaꝝ ·ut a·& k.b·que sūt neu·ge·& indeclinabilia·Scias tñ ꝙ hmōi nōia greca vel hebrea · ut māna pasca declinanē ut frequētius ꝑ tertiā declinationē·ut hoc pasca catis·et hoc manna tis·Inueniē etiā irregulariter ī ꝓma declinatōe neu·ge·ut hoc pasca huiꝫ pasce·Pluralia oīa in a·sunt neutra·vt arma et castra·Preter nūalia desinētia in gīta· ut triginta et q̄draginta que sūt ois ge·et indeclīabilia Nam nūalia a quattuoꝝ vsq; ad centū inclusiue vtrobiqꝫ sūt nūi pluralis omis generis et indeclī· ꝑter cōposita ex vnus duo et tres·vt vigintiunus trigintaduo quadragintatres ꝛc̄·que sequunē naturam ꝺponentiū in fine q̄ntum ad genus et declinationem ·ut patet

Ne·desinētia sūt neutri generis·ut mare sedile ·ꝑē in fine accētuata·ut libie et agathe que singularia sūt et femini generis Et ꝑter cōposita vel syllabica ta que dinoscunē a suis principijs·ut quisq; & oꝛ bisterre Pluralia in e.sūt femini gn̄is·ut athene ꝑter cepe et cete. et que·plurale cuiꝫ gtūs ē quoruꝫ que sūt neutri generis Mille vero ē omis generis nūi pluralis et indeclīabile

Esinētia in i· sūt neutri generis·ut gūmi et sinapi·ꝑter q̄ qꝺ est masculini generis et ꝑter ꝺposita ab obliq̄s·ut hmōi istius modi que sunt omis generis et indeclinabilia Frugi nichili coꝛdi mācipi et nemācipi sūt obliq̄ casus q̄ figuratiue iungunē omibus casibus

Esinētia in o. sunt masculini generis·ut sermo onis·et ligo ligonis Preter ꝓpria nomīa mulierū· ut dido didonis Vel locorum·ut carthago Et vnū appellatiuū qꝺ ē caro et verbalia desinentia in io·ut legio onis ,et lectio lectionis·et habētia d·vel g ·ante o ·mutantia o ·ī i ·in genitiuo. ut dulcedo dulcedinis et caligo caliginis que sunt femini generis De habētibus d·vel g·āte o.excipiunē oꝛdo et cupido ꝑ filio veneris que sūt masculini·generis Cupido aūt ꝑ cupiditate est femini generis Margo cardo bubo sūt incerti generis Octo est numeri pluralis et īdeclīabile pseudo est indeclīabile et ois generis in vtroqꝫ numero·vt pseudo apostolꝰ·pseudo ꝓphete sicut dic̄ hug̃·et ꝙ iueīatur in plurali numero patet apocalipsis·vj·vbi dicit̄ Vide de ore pseudo ꝓphete exeūtes spiritꝰ tres immundos Duo et ambo q̄nq; sūt masculini generis q̄nq; neutri O nomē lr̄ē et pondo sūt neu·ge·et indeclinabia·et ꝑter nemo homo latro pōpilio·et hmōi verbalia·ut bibo bibonis et comedo donis que sunt omunis generis

Nu·desinētia sūt neutri gn̄is·vt cornu veru Barbara si inueniantē et sint ꝓpria noīa viroꝝ sūt mas· generis·vt esau

Nb·nullū nomē latinū iueīt̄ Barbara si iueīantur et sint ꝓpa noīa viroꝝ sūt mas·ge·ut iacob iob

Nc. duo neutra iueniunē vt lac ctis allec cis Barbara si iueniantur ꝓpa nōia sunt mas·ge vt ysaac

Nd·duo neutra iueniūē.ut qꝺ et aliud ¶abacuc Barbara si iueniātur ꝓpa nōia viroꝝ sūt mas·gene

Ng·nullus latinū inueītur·et bar ¶ris.ut dauid bara si iueniātur et sint ꝓpa nōia viroꝝ sunt mas culini generis·vt gog et magog

Nt·sūt neu. ge. vt caput cū suis cōpōitis vt sinciput·ꝑter ꝺpōita et syllabicata que dinoscūē ex suis ꝓncipijs. ut qlibꝫ Quot et tot cū suis ꝺpōitis · ut aliquot que sūt ois ge·nūi plālis et indeclinabilia.

NAl. sūt neu·ge·ut aīal· ꝑter sal qō apud ātiquos
fuit neu·ge·apō nos ē mas·ge· Barbara vero ꝓpa
nōia sūt masculini generis·ut hanibal
NEl. sūt neu·ge·vt mel & fel·ꝑter nōia ꝓpa viro
rū·vt michael·gabēl·raphael·daniel·vriel·ioel q̄
sūt masculini generis·
NIl. sūt masculini generis· vt pugil·ꝑter vigil &
puigil q̄ sūt cōis ge· Nil & nichil sūt neu·ge· & in=
declina· ꝓpria nōia mulierꝫ sūt fe·ge· vt tanaq̄l &
Esinētia ī ol·sūt mas·ge·vt sol abigail
ō ꝑter nōia mulierꝫ q̄ sūt fe·ge· vt nichol·
NUl·sūt mas·ge·ut osul·ꝑter exul & pte
sul q̄ sūt omis generis
NAm·vnū iueīē qō ē oīs ge· & īdeclīna·vt nequā
Barbara ꝓpa nōia virorꝫ sūt mas·ge·vt adaz abzā
abzaā·Sillabicata dinoscunē ex suis ꝑncipijs·vt
quisq̄ quisnam quispiam
NEm·duo neutra mueniūē· vt tantū dē. & m·no=
men lrē Totidē vero ē oīs ge·plural nūi & īdecli·
Hierusalē vero & bethleē sūt fe·ge· & indeclina·
numeralia q̄dē sūt oīs ge·pluralis numeri & inde=
clīna·vt nouem decem & septem
Esinētia in im·sūt neu·ge·vt cym nomē
ō vici·Barbara ꝓpa noīa virorꝫ sunt mas·
ge·vt ioachim·numeralia sūt oīs ge. &
indeclina. vt duodecim tredecim
NAn. sūt mas·ge·vt titan & pean
NEn·desinētia sūt neu·ge·vt nom̄ noīs·carmē car
minis·ꝑter opōita a cano·nis & nōib? instrm̄torū
vt cornicen tibicen & fidicen·Lien & rien ren splē
pecten & flamē ꝓ sacerdote iouis·& hymē ꝓ deo
nuptiarꝫ q̄ sunt mas·ge·Syren vero ē fe·ge·
NIm·duo inueniūē·vt cherubī & seraphīm q̄ sunt
neu·ge· & pluralis numeri & īdecli· Delphīm vo
NOn·sūt mas·ge·vt symeō·ꝑter ꝓpa ē mas·ge·
noīa locorꝫ·vt sidon·vl vestū·vt sindon q̄ sūt fe·
ge·Et ꝑē greca·vt ylion & peleon q̄ sunt neu·ge·
NAr·sūt neu·ge·ut calcar & torcu & indeclī·
lar·ꝑter noīa ꝓpa virorꝫ·vt cesar. & fluuiorꝫ·vt
nar·& ꝑē lar & lucar·q̄ oīa sūt mas·ge·par cū suis
opōitis ē oīs ge·vt separ dispar impar·
NOr·sūt mas·ge·vt amor ꝑē vxor soror & arbor·
q̄ sūt fe·ge·& ꝑē ador marmor equor & cor q̄ sūt
neu·ge·Ador vo ē neu·ge·& īdecli· & ꝑē opōita
a colore·vt bicolor·& a decore·vt dedecor·& a
corpe·ut bicorpor & tricorpor·& oīa ꝓpatīa exce
pto senior·& ꝑē auctor & mēor cū suis opositis·
vt īmēor q̄ sūt cōis ge·Quattuor vo ē oīs ge· nūi
NAs·sūt fe·ge·vt pietas·ꝑē pl'alis & īdecli·
ꝓpa noīa virorꝫ·vt mecenas q̄ sūt mas·ge· Et ꝑē
gētilia seu patria·ut rauēnas et arpinas·et nōia q̄ ī
portāt dignitatē·vt ꝓmas et optīās que sūt cōis ge·
et ꝑter as·mas·et vas vadis que sūt mas·ge· Vas
vasis ē neu·ge·et ꝑter phas et nephas que sūt neu·
ge·et īdecl·nugas vero ē oīs ge·et īdecli·et ꝑē cō
pōita vel sillabicata que dinoscūē ex suis ꝑncipijs
vt ꝙsputas et paterfamilias
NEs·sūt fe·ge·vt res et spes·ꝑē dies qō ī singula
ri numero ē īcerti ge·In pl'ali vero ē mas·ge·et ꝑē
ꝓpa nōia virorꝫ·vt vlixes·et nōia ꝓplorꝫ·vt araxes
et prōnomica·vt ꝓamides·et ꝑter verres lebes et
meridies·et corr·penl·crescētis gīi·vt limes mitis
trames itis·q̄ oīa sūt mas·ge·De corr·penl·crescē
tis gīi excipiūē ista abies cōpes teres stipes veges
teges et seges q̄ sūt fe·ge·Inueīē etiā opes ī mas·
ge·ī trenis·Agguauit opedē meū·et ꝑter ouenien
tia vtriq; sexui·ut miles q̄ sē cōis ge·et alijs reb? q̄
sūt oīs ge·ut teres et locuples·Es eris ē neu·ge·
NIs desinētia sūt fe·ge·vt auis·preter oueīentia
vtriq; sexui·ut iuuenis et amabilis q̄ sunt cōis ge·
Et ꝑter corr·penul·crescētis gīi·ut lapis ois·et
habētia duas ꝙsonantes añ is·vt postis et vectis·
Vel vnā duplicē ꝙsonātē·ut axis·et ꝑter illa quorꝫ
penl·sillaba terminat ī vnā ex liq̄dis·vt torq̄s et col
lis Et hūtia n·añ is·vt panis et funis que oīa sunt
mas·ge· De corr·pnl·crescentis gīi excipiunē prō
nomica·vt ꝓamis ꝓamidis que sunt fe·ge· De
hūtibus n añ is·excipiunē canis et iuuenis que sunt
cōis ge·Clunis et finis sūt īcerti gn̄is Et ꝑter illa
que ꝓmēē ī his versib? Dyploys et cassis cuspis
capis & clamis absis·Aspis glis febris et erimis
cumenis alpis·Lis neptis lactis pollis pixisq; pa
rapsis·Piramis et peluis pellis tussis mala pe
stis Restis et orexis turris vallis quoq; vestis·que
sūt femini ge·Et ꝑter edilis et caulis et q̄s cū suis
opositis·ut siq̄s neq̄s et aliq̄s Et opōita ab hō nōie
as assis·ut monossis et tressis q̄ sūt mas·ge·Semē
tis vero ē fe·gn̄is Semis ꝓ dimidio ē oīs gn̄is Se
mis vero ꝓ semisse ē mas·gn̄is·et ꝑter pugillaris
ānalis anularis auricularis natalis cardialis subte
laris et nōia mensiuꝫ·ut q̄ntilis et sextilis que oīa
qn̄ sūt fixa sūt mas·gn̄is·sed qn̄ sunt mobilia sunt
cōis generis Molaris ꝓ dēte ē masculi ge·
NOs desinentia sūt masculini gn̄is vt ros et flos
ꝑter dos cos glos et arbos et ꝑter nōia insularum
vt rhodos que sūt femini generis·et ꝑeter bos
sacerdos custos et compos que sunt cōmunis ge·
Os ossis et os ossis sunt neu·ge.et ꝑē greca·ut me
los et chaos ylios pelios q̄ sūt neu·ge·et īdecli·
E de sinētib? vero in er ir ur us eus um·
ō quia sunt terminatōes ntī secunde decli
natōnis dixi supra vbi determinaui ō for
matōne casuū secūde declinatōnis Genera aūt su
prādictarū terminatōnū de quib? non ē habitum
sic breuiter possūt colligi
Omina desinētia in x sūt femini generis
vt pax pacis Preter cōuenientia vtriq;
sexui·vt dux et diunx que sūt cōis gn̄is
et ꝑter adiectīa·vt felix et capax que sūt omis ge
neris·et ꝑter polisillaba habētia e āte x·vt vertex
cis cimex cis pulex licis que sūt masculini generis
De quib? excipiē suppellex ctilis et vibex cis ꝺm
quosdam Magister bn̄ dicit·ꝙ dicendum ē hec vi
bix cis pī·sicut lodix.et ꝑter ptimentia solis mulie
ribus·vt pelex pelicis·et nōia fetuū terre·vt carex
cis et ilex ilicis que sūt femini gn̄is·et ꝑter cortex
silex et lmx limcis que sunt incerti generis· De no
mīb? fetuū terre excipiē frutex ticis qō est mascu
lini ge·Calx cis ꝓ pede ē mas·ge·ꝓ cemēto vero ē
fe·ge. Natrix tricis et fornix nicis·et ptimētia ad so
los mares·vt rex et iudex etiā grex et ꝓpria nōia
virorꝫ·vt ayax vel fluuiorꝫ·vt atax que sūt mascu
lini gn̄is Victrix et vltrix in ntō acco et vō singu
lari sunt fe·ge·In alijs vero casibus sunt adiectīa
Vñ vers? Victrix victricē victrix dat femia sola
Sic vltrix reliqs dat gen? oē scola Cetera vero hu
iusmōi verbalia sūt tm̄ fe·ge·vt hec amatrix h? cis
Onosillaba desinentia in duas cōsonātes
m sūt femini ge·vt ars artis pars partis·
Preter mons fons pons dens mars et
stirps pro trūco que sūt masculini generis Stirps
vero ꝓ ꝓgenie ē fe·ge. Stips stipis ꝓ obolo est fe
mini gn̄is sz tūc nō habz r·et ꝑter adiectiua·vt sōs
et insons·que sunt omis generis·

Polisillaba desinẽtia in duas cõsonãtes siũt masculini generis ut auceps aucupis ·et forceps forcipis ·que sm antiquos fuerũt etiã femi geñ· De his excipiũtur hiems· & cohors tis ·que sunt femi generis· Et adiectia· vt cõcors & insipiẽs·que sunt omis ge. bidẽs et serpẽs· sunt ge·incerti uel cõis·ut quidã volũt· Et pter conueniẽtia vtriq; sexui·ut celebs celibis· & gẽtilia seu patria·vt arabs bis·que sunt cõis ge·

Genitiuus tercie declinatõnis in is· desinit cor·excepto vno monasillabo·hec vis h? vis·q̃uis alie omẽs declinatões pducant hãc terminationẽ eiusdẽ casus ¶ Oportet vero scire q̃ in q̃busdã pares habeat gẽs tercie declinationis suo nẽo sillabas· In quibusdã vna·m alijs duabus sillabis vincat· Et pares quidẽ habet in nominibus in e·desinẽtibus cor· vt hoc mare hui? maris & in quibusdã in er·uel in es·uel in is·tam cor· q̃ pdu·exeũtibus·vt hic pater huius patris·hic ver res huius veris·hec cedes·huius cedis·hic collis· huius collis·hec vis huius vis·hec auis hui? auis· In aliis aũt omibus eiusdẽ declinatõis noib? ·vna sillaba supat nẽm gẽs·vt fecima matis·cõsul osulis pecten ctinis·baccar caris·lis litis·apex apicis·

¶ Excipitur hec caro huius carnis· in quo pares bñt sillabas · genitiq̃ et nomiatiuq̃·& senex senis· suppellex ctilis·in quo duab? sillabis vincit genitiuus nominatiuũ·hmõi quoq; nominatiuũ· quidam similẽ genitio ptulerũt· & omia que a capite composita sunt·que in ps·desinũt·similiter bñt duabus sillabis mim? in nominatio q̃ in genitio·vt anceps ancipitis·biceps pitis. cẽticeps pitis.que veteres in es pferẽtes·sm regulã declinabãt. ancipes pitis bicipes pitis·cẽticipes pitis·sicut hospes pitis so spes spitis·Iuniores uero gandẽtes breuiloquio p cõcisionẽ eam ptulerũt·quod et m alijs dictionib? fecisse inueniũtur·vt dic duc fac·& fer p dice duce face & fere· Necnõ etiã vocatios in ius termiãtium ppriorũ nominũ·vt virgili·p virgilie dicẽtes ¶ De formatõe aũt·& accẽtu genitiui tercie declinationis·multa vtilia supra dixi in secũda pte· vbi egi de accẽtu medie sillabe·siue penul·sillabe·Nota q̃ genitiuus tercie declinatõis terminaẽ in is.cor·vt dixi Licet figurate aliq̃ terminẽt in i Vnde vsual'r dicit Lex moysi p moysis· Itẽ achilli inuenit pro achillis·sicut probat prisc·in quinto libro vbi agit de nomibus desinẽtibus in es pductã Et introducit istũ versum virgilij.in primo eneid· Troas reliquias danaũ atq; immitis achilli ·greca etiã q̃daq; in i·q̃dam in oy·q̃dam in os·terminãt genitiuũ·& pcipue patronomica femia

Datiuus tercie declinatõis nascit a genitio abiecta s·& pducta i·vt hoc mare maris mari Inueniũtur poete rarissime i greeis nominibus· que apud grecos in i·corripiẽtem terminãt supradictũ casum·ipsi quoq; cũ corripiẽtes Statius in primo achilleidos Palladi litore celebrabat schyros honorem

Accusatiuus tercie declinatõnis fit is.genitiui mõ in em·modo in im·cõuersa·vt h? solis hũc solem·hui? tiberis hũc tiberim Nam scire debes q̃ accusatiuus singularis tercie declinatõis·q̃nq; m em tm̃·q̃nq; in im tm̃·q̃nq; in em· et in im simul· Accusatiuus desinẽs i em·in masculio & m femio & cõi ge·formatur a genitio singularis is·in em·vt patris patrẽ· Quedã tm̃ greca faciunt acusatiuũ in em·& in a· vt aerem uel aera Itẽ q̃daq; greca desinẽtia in is·habẽtia pares sillabas in nominatiuo & genitio casu singulari·faciũt accusatiuũ singularẽ m im tm̃·vt tigris tigrim Ista nouẽ nõia lacma·faciũt accusatiuuũ i im·& in em·& cõtinẽẽ in istis duobus versiculis Est clauis nauis puppis turriscq; securis. Vestis auis peluis facit em·sil' im. quoq; febris ¶ Ista q̃nq; nõia lacma faciũt accusatiuũ in im·tm̃·que cõtinẽtur i hoc uersiculo Im tm̃ faciũt hec quartũ nõia casum Vim burim tussim: maguderimq; sitim Cetera latia nomia faciũt accusatiuũ in em·tm̃ Scire etiã debes q̃ sicut dicit p̃s· in vij·libro vbi agit de accusatiuo tercie dclinationis Nõ potest ab alio nomiatiuo nisi in is·desinẽte i im accusatiuq̃ proferri Et post pauca subdit p̃s· In grecis aũt uomibus frequẽter inuenimus autores tam in hac q̃ in alijs declinatõibus grecos plurunq; seruãtes accusatiuos·ut titana syrena tozaca lampada·pro titanẽ syrenẽ tozacẽ lampadẽ· q̃uis plautus hãc lampadẽ dixit·tene inquit hãc lampadem·imo ego hãc tenebo

Vocatiuus in tercia declinatõe similis est nomiatiuo suo·ut hic cicero·hic cõsul· o cicero.o cõsul. Inueniũtur tm̃ greca· que vocatiuũ grecum seruãt·vt tibris.o tibri pallas.o palla Virgilius in xj· Quem ego nõ alio digner te funere palla

Ablatiuus tercie declinatõis in alijs per e· cor·in alijs per i· pductã in alijs per e·& p i·proferẽ ¶ Sex regule assignant ꝺ nominibus tercie declinatõis faciẽtibus ablatm̃ in i· tm̃ ¶ Prima hec est In i·faciũt ablatm̃ neutra·que in e cor·desinũt·& sunt appellatiua·ut hoc mare ab hoc mari·& est similis huusmõi ablatiuus suo datio huic mari ab hoc mari Vetustissimi tm̃ solebãt hmõi nom ablatm̃ etiã in e·proferre Ouidi? in vfastoꝝ Cur tibi pro libitis. claudũtur rete leones· Rete dixit pro reti Excipiẽ gausape·quod facit ablatiuũ in e Horati? in secũdo sermonũ His vt sublatis puer alte cinctus acernã· gausape purpureo mensam pterfit & alter· Vnde p̃sius quasi in e·tm̃ desinẽte supradicti nomis ablatiuo gausapa dixit pluralẽ nõ gausapia Iam clamides regũ·iam lutea gausapa captis Antiquissimi tm̃·& hic gausapes. & hec gausapa.& hoc gausape·& plurale neutri hec gausapa · quasi a nominatiuo hoc gausapum ptulisse inueniũtur Vnde cassius ad mecenatem· gausapo purpureo salutatur Seneca ouidiũ seq̃ns gausapa ti sumpsit gausapa sumpta probet ¶ Pro pria desinẽtia in e·similẽ bñt uominatiuũ ablatiuo vt hoc pneste·ab hoc preneste·hoc planitale·ablatiuo ab hoc planitale· Virgili? in viij·eneid· Qualis eram cũ primã aciẽ pneste sub ipa Figurate eñ ad vbẽ reddidit ipsa·cũ ppriũ opidi neuter est· ¶ Secũda regula hec est Q illoꝝ ablati? in i·terminaẽ neutroꝝ·que in al desinũt· vt hoc tribunal ab hoc tribunali·ul' ceruical·ab hoc ceruicali· si autem sunt masculini generis faciũt in e·ablatiuũ· vt hoc hanibal·ab hoc hanibale.hic sal·ab hoc sale·

¶ Tercia regula est In i·similiter faciunt ablatm̃ que in ar·desinũt neutra· & in obliquis casibus p ducũt a penul·vt hoc celcar caris·ab hoc calcari·lacar lucaris a lucari· si autẽ sunt masculini generis· faciũt ablatiuũ in e·tm̃·vt hic cesar·ab hoc cesare· Item si sint neutra.& cor·a·penul·faciũt ablatm i e·similiter·vt hoc nectar nectaris·ab hoc nectare hoc iubar iubaris·ab hoc iubare ¶ Quarta regula est· Masculina uel cõia in er·uel in is· desinentia

si faciũt in e·neutra ablatiuum in i·efferunt·ut hic pedester· hec pedestris · hoc pedestre ·ab hoc & ab hac & ab hoc pedestri· saluber salubris salubre ab hoc et ab hac & ab hoc salubri· Virgilius in primo geor· Balantumq; gregem fluuio mersare salubri·hic & hec celer ·hec celeris'· & hoc celere· ab hoc & ab hac & ab hoc celeri·Marcus cato de re militari·satis celeri si sint tempore· Lucanus in odissa Ac celer hasta volans perrumpit pectora ferro· Item hic & hec vtilis·et hoc vtile· ab hoc & ab hac & hoc vtili·Sciendum tamen· q; si inueniantur· ppria appellatiuis similia in i· facientibus ablatiñ illa p e· pferũt eũ·vt iuuenalis ppriũ ablatiuo a iuuenale·similiter martialis ablatiuo a martiale·& sic de alijs ppriis nominibus in is·desinẽtibus cõsimilib? intelligas·si aũt hmõi nomia similia adiectiuis sint appellatiua faciũt in i·tm̃ ablatm̃· siue sint adiectiua siue substãtiua·ut cardinalis annal' scolaris vitalis iuuenalis vocalis et hmõi. ¶Quinta regula est·noia greca seu latina faciẽtia accusatiuũ m im tm̃·termiant ablatm̃ in i·vt tiberim a tiberi·parim a pari·caribdim a caribdi·tigrim a tigri tussim a tussi·vim a vi·Iuuenalis i v. Seua dignũ feraq; caribdi· ¶Sexta regula est·nõia mensium in is vel in er desinẽtia·faciũt ablatiuũ in i tantum vt q̃ntilis a quintili·aprilis aprili·septẽber tẽbri octuber ab octubri·uel october p o.m quosdam Iuuenalis in iij·Pallere et vinũ toto nescire decembri·Possunt tm̃ etiã & cõia esse·Vñ kl'as septẽbris dicimus Preterea simplex eor; similiter inuenitur· faciẽs ablatiuũ in i·ut imber ab imbri·inueniẽ etiã in e·Vnõ thobias Fletus vnda rigat·imbre madẽ te genas· ¶Patria etiã in is·ut ianuẽsis·bononiẽsis in i·desinũt·ut ianuẽsis ensi·bononiẽsis ensi·sed m hug hmõi noia patria uel gẽtilia semp sunt adiectiua·hic et hec parisiẽsis et hoc ense·licet substãtiuenẽ in masculino & femio ge·ut habes hic in dictis·& scõm hoc faciũt ablatiuũ in i·tantũ·q; neutrũ eor; in nomiatio desinit in e·& hoc teneas·Bipennis cõe est et habet etiã neutrum in e· & ideo ablatiuum bipenni facit·

Septẽ regule assignãtur de ablatiuo tercie declinatõis in e desinẽte·& in i. ¶Prima ẽ hec Omia cõia trium gener; ut hic et hec & hoc ferox·pax vet? audax triplex artifex duplex supplex inops anceps cõcors felix·faciũt ablatiuu; in e·& in i·ut ferox feroce uel feroci ¶Secũda regula est talis Omia principia triũ gener; cõia faciũt etiã ablatiuũ i e & i i·ut hic & hec & hoc legẽs·ablatiuo ab hoc et ab hac & ab hoc legẽte uel legenti ¶Tercia regula est·Omia compatiua faciũt ablatiuũ in e & in i· vt hic et hec melior & hoc melius ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc meliore uel meliori·Excipitur senior·qo tãtu; est masculini gnis & facit ablatiuũ tãtum in e· vt hic senior ab hoc seniore· ¶Quarta regula est Omia nomia facientia accusatiuũ in em & in im. faciũt ablatiuũ in e & in i·ut hec clauis·actio hãc clauẽ uel clauim.ablatiuo ab hac claue uel claui·Nõ tm̃ cõuertiẽ regula. non enim in e & in i.desinẽtia in ablatiuo etiã acẽm omni modo in em et im terminãt· ut dicit pris· ¶Quinta regula est·verbalia desinẽtia in ix·feminina que possunt esse cõmuna cũ neutris·ut victrix & victrix·vnde et victricia·et victricia·tam i e·q̃ i i·faciũt ablatiuũ Lucanus in primo Tollite iam paẽ victricia tollite signa Item statius in v·thebaidos Victricia grauis virginibus dare_tela· Donãs paẽ·

Alia autem uerbalia in trix·que nõ sunt omis gnis in ablatiuo casu faciũt ablatiuuũ in e tãtum·vt hec amatrix·ab hac amatrice. & sic de omibus uerbalibus femis in ix· exceptis victrix & victrix Sexta regula talis est·In as circũflexa gẽtilia uel patria ut rauẽnas·arpinas·tam in e q̃ in i·finiũt ablatiuũ ut hic et hec rauẽnas·ablatiuo a rauennate uel rauẽnati It sunt apud nos cõis generis·et carẽt neutro·sed apud antiquos dicebaẽ hic & hec arpinatis·& hoc arpinate·Vnde adhuc declinationem et accẽtum pfecti seruamus·q; videlicet ablatiu? desinit i i·sicut arpinatis ab hoc arpinati faciebat·desinit nihilomin? i e·scõm vsum sicut desinẽtia i as ut pietas ·et circũflectitur vltima sc; as·sicut i integris circũflectebatur eadẽ vocalis sc; a. que erat penul·Vnde dicit pris·in vii· vbi agit de ablatiuo tercie declinatõis desinẽte in e & in i.in fine·In as quoq; circũflexa que apud veteres etiã in tis· pferri docuimus·tam in e q̃ in i·finiũt ablatiuũ· ut hic et hec nostratis ab hoc nostrate uel nostrati·scõ; hoc ¶Septima regula est Polisillaba desinẽtia in uis·ut auis·nisi crescãt in genitiuo quod dico ppẽ puluis Et desinẽtia in ctis·ut vectis· & in gnis· ut ignis·uel in guis ut anguis·Nisi crescãt in gio quod dico ppter sanguis sanguinis Vel in nis ut canis Et alia fere omia quor; extrema sillaba in is desinit·a duabus incipiẽs cõsonantibus·ut postis in e et in i·faciũt ablatiuũ ¶Fere dictũ est ppter ista uestis pestis neptis restis fustis et hostis Et habentia sc.ante is·ut piscis·fascis· que faciũt ablatiuũ in e tãtum·Ista etiã nomia ymber memor te res vigil hebes·faciũt ablatiuñ i e & in i· ¶Alia uero omia tercie declinatõis noia in e·cor· p ablatiuos desinũt·cũ omẽs alie termiatões alatiui i õi declmatiõe poducãtur ·ergo siqua ex eis que debẽt in e p ablatiuũ pferri inueniamus p i·plata.autoritati ascribimus que sepe etiã datiuis p ablatiuis necnõ etiã pro genitiuis est vsa·Virgi·in viii· Ad uectum eneã classi victosq; penates·p aduectuz classe·nisi dicamus bellenismo·i·more greco(Helenes enim q̃dam greci sunt) vsum esse poetã Datio enim casui illi hoc adiũgunt uerbũ·sc; aduectum·dicũt enim·aducho tibi·aduectũ tibi· ¶In grecis enim quãdoq; inuenim? e pducta finire ablatiuũ tã prime q̃ tercie declinatõis noim qz magis est datiu? grec? p ablõ posit? latio·Virgili? i pmo eneidos Ipe vno graditur comitat? achate·Lucan? in viii· signa que ab eufrate cum crassis capta sequentem

¶De nominatiuo plurali

Nominatiu? pluralis tercie declinatiõis fit a genitio singulari mutata vltia is i es p ductã·in masculio & femio ge·& cõibus ut huius cardinis hi cardines·huius matris he matres·huius vatis hi & he vates Neutra vero ex ablatiuo singulari faciũt nominatiuũ pluralẽ hoc modo·si in i.uel tam in i q̃ in e·exeat ablatiu?·correpta i et addita a·fit nominatiu? pluralis·ut ab hoc mari·hec maria·ab hoc ceruicali. hec ceruicalia· a pare uel pari paria·a felice uel felici·hec felicia Excipitur a vetere uel veteri·quod vetera & non veteria facit Necnõ ab hoc ludicri·qo hec ludicra & nõ ludicria dicimus·similiter excipiũtur cõpatiua que ablatiuũ tam in e q̃ in i·terminãt· que in ra·ñ in ria desinũt·in nominatiuo plurali Maiora eñ et minora·et plura dicimus·q̃uis antiqui etiã pluria dixerũt Vnde compositũ compluria· Terẽtius in phor Multa aduenieti ut sit noua hec cõpluria In

quibnſdã tñ codicib? ĩuenĩt̃ ꝓpluza·Gauſape quo q3 ſicut ſupra dixim? in ablatiõ tertie declinatiõis deſinente in i & ablatiũ in e facit·Ablatiuo ab hoc gauſape·& ntũs pluralis in a deſinit·gauſapa em̃ & nõ gauſapia dicimus·Perſius Iã clamides regũ iam lutea gauſapa captis·lutea·i·rubicunda·Amplustre etiã q̃uis facit ablatiũ ſingulare ab hoc amplustri·nem̃ tñ pluralẽ nõ ſolũ in a·ſed etiã i ia terminat·Et amplustra em̃ & amplustria· antiqui ꝓ euliſſe inueniũtur·Cicero in arato Naubus aſſumptis fluitãtia quezẽ amplustra·Ceſar in arato Fulgent argo e ſtellis amplustria puppis·Alia vo neutra que in e terminãt ablatiũ·mutata e in a·faciũt nem̃ pluralẽ·ut ab hoc numie numia·et a tpe tpa·

¶De genitiuo plurali·

Genitiuus pluralis tercie declinatõis naſcitur ab ablatiuo ſin·hoc mõ·Cũ ablati? in i ſolã·uel ĩe·& in i·deſinit cozr·i·aſſumit vm·vt a ſedili hoz ſediliũ·ab equeſtri eq̃ſtriũ ab vtili vtiliũ·a ſapiẽte uel ſapiẽti ſapiẽtiũ·Multa tñ ꝓ ſincopã ſolẽt ꝓferri·ut ſapiẽtum pro ſapiẽtiũ merẽtum ꝓ merẽtiũ·celeſtũ pro celeſtiũ·Virgili? in viii·Celeſtũ vis magna iubet ¶Sciẽdum tñ q̃ raniſſime hec que in ſolã i faciũt ablatiũ·ſincopã patiũtur i·ꝓ genitiuũ pluralẽ·Inuenitur tñ maz pro mariũ·qui tñ raro in vſu eſt genitiu? apud neniũ in carmĩe belli punici·ſenex fretus pietate deũ allocutus ſummi dei regis fratrẽ ueptunũ regnatorem maz ꝓ mariũ· ¶Compatiua quoq3 que inueniũtur tã in e q̃ in i·exeũtia ꝓ ablatiũ·carẽt i· pel· in genitiuo plurali·ut a maiore uel maiori·hoz maior Plus tñ facit pluriũ· ¶Memor etiã & vigil· ſupplex et artifex·q̃uis ablatiuũ faciãt in e & in i·faciũt tñ genitiuũ pluralẽ ĩ vm·& nõ in iũ·ut memoz vigilũ ſupplicũ· & artificũ·Puto tñ hec etiã ab oratorib? dr̃ie cauſa ſic ꝓferri ꝓ ſincopã. q: ſupplicũ & artificiũ neutra ſingularia inueniũtur·vetera inſuper ludicra & amplustra faciũt genitiuũ pluralẽ in vm·ludicz·uetez·amplustz·hic et hec parẽs·q̃ eſt nomẽ: duũ eſt genez & genitiuũ pluralem abſq3 i·facit plerũq3·hoz parẽtum·Virgi· in ii.eneiõ·Decora alta parẽtum Q? aũt et gentiũ nõ irrationabiliter dicitur·oſtẽdit actũs pluralis in is etiã terminãs. qui ꝓprius eſt in ium· terminantis genitiui Terẽtius Quid volo aut peto parentis meos ut omonſtres mihi·In e em̃ ſolã ſimientia ablatiuũ·ſi nominatiu? in duas terminaẽ ꝓſonãtes mutãt e ĩ i breuẽ·& aſſumũt vm·ut hic mars·a mare·hoz mariũ·hec frõs a frõte·harum frõtiũ· hic fons a fonte·hoz fontiũ·hec vrbs ab vrbe·harum vrbiũ·hec ars ab arte·harz artium ·Ariſſime autẽ & hec ſupradicta·ſicut illa que in i·ſolã terminãt ablatiũ ꝓ ſinpopã i·ꝓferũt genitiuũ pluralẽ ¶Excipiũtur ea que deſinũt in ms·uel ps·que ſi ñ ſunt a capite cõpoſita e·ablatiui in vm·cõuertũt· & faciũt geuitiuũ pluralẽ·ut hec hiems ab hieme·harz hiemũ·primceps a primcipe·hoz principum· municeps a municipe municipũ·forceps a forcipe forcipum· manceps a mãcipe mancipũ·A capite em̃ cõpoſita et duabus ſillabis abundant in genitiuo· & triũ ſunt genez cõia·Itaq3 et ablatiuũ tam in e·q̃ in i·& genitiuũ pluralẽ rationabiliter in ium terminãt·vt hic et hec & hoc triceps·a tricipite uel tricipiti·tricipitiũ·niſi ſincopa fiat·preceps tñ precipitum vſualiter facit· ¶Et ſcias q: cõſorz & coborſ faciũt coborzũ· & cõſortiũ· ſm cõem vſuz· illa quoq3 que habẽt pares ſillabas. tam in gemtiuo q̃ i nominatiuo mutãt e in i·& aſſumũt vm. vt hic collis huius collis·ab hoc colle·hoz colliũ. hec eres h? eris·ab hac ere eriũ.hec ceres a cere ceriũ·Niſi hec quoq3 ꝓ ſincopã i. ꝓferẽtur ¶Frequẽti? tñ i es terminata abſq3 i·mueniũtur·ut vatũ ꝓ vatiuz Virgili? in iiij·eneiõ·Multaq3 preterea vatũ p̃di cta priox Cicero·ueſtraz ſedũ templorũq3 cauſa Excipiũtur iuueuis a iuuene iuuenũ.canis a cane canũ·panis a pane panum·carẽt em̃ i. penul.ſemp· Vnde verſus Is par preſtat ium·iuuenis canis excipe panis·In as quoq3 latina mutãt e ablatiui in i. & aſſumunt vm·vt ciuitas a ciuitate ciuitatiũ·ꝓbitas a probitate ꝓbitatium In his tamẽ frequẽter· immo ſemp apud modernos ſolet fieri cõciſio i· in genitiuo plurali ·a ciuitate ciuitatũ·a probitate ꝓbitatũ· ¶Similiter deſinẽtia in is lõgam mutãt e ablatiui ĩ i·& aſſumũt vm. & faciũt genitiuũ pluralem vt quiris a quirite·hoz quiritiũ.lis a lite litium.ſamnis a ſamnite ſamnitiũ·vis a vite vitium Sed hec quãdoq3 proferũtẽ per ſincopã·ut a quirite quiritũ· ¶Nomina ſemp pluralia·que in es deſinũt·i·que ex ſe nõ habẽt ſingularia·genitiuũ pluralem in ium faciunt·ut he viref harz virium.hi penatef hoz penatium·hi quimẽtres hoz quimẽtrium hi & he tres·hoz et harz & hoz trium·Penatũ tñ ſepius ꝓ ſincopã proferẽ Cetera uero omia ablatiuum in e ſolam terminãtia·mutãt eam in vm & faciũt genitiuũ pluralẽ.ut poema a poemate matũ· a duce ducũ·ab alite alitũ·nã alituz ꝓ interpoſitionem addita v·ꝓtulit·Virgilius in viij·Alituum pecudũq3 genus ſopor altus habebat·A boue quoq3 bouum debet fieri·Sed hoc nomẽ notãdum eſt in quo v·cõſonãtem aſſumunt obliqui caſus ſingulares hiatus cauſa·abiciunt autez v·quãdo plurales ſunt Virgilius in iii·Leta boum paſſim cãpis arment videmus Datiuuſ autẽ et ablatiuus plurales eiuſdem nomiis ꝓ ſincopã ſemper medie pferẽ ſill abe·bobus ꝓ bouibus·Nominatiu? vero pluralis & accuſatiuus & vocatiu?. qui ſimiles ſunt·raro abiiciũt v·cõſonantis loco poſitum·Excipiunẽ a magiſtris iſta·cor corde cordiuz·caro carne carnium.lar lare larium·nox nocte noctium·nix niue niuium·os oſſe oſſium·vter vtre vtrium·Nã oĩa iſta faciunt genitiuũ pluralẽ in ium

¶De dẽo et ablatio tercie declinatõis

Datiuus et ablatiu? tertie declinatõis plurales·naſcuntur a ſingulari genitio·iter iecta bu·ut homo huius homiis·hiſ et ab his homimb?·Torcuma matis.bis et ab bis torcumatibus·In hmõi tamen nomĩbus·neutris ĩ a ſimilis·que ſunt greca frequẽter inuenimus antiquos datiuũ & ablatiũ pluralẽ in is ꝓductã proferẽtes cõtra regulã tercie declinatõis·quam ſeruãt in ceteris caſibus ſupradictorum nominum·Vt cicero in verrinis torcumatis dixit · & peripetaſmatis & emblematis·In libro de ſignis·Nunc ꝺ peripetaſmatis quẽadmoꝺ te expedias nõ habes In eoꝺẽ ſcapha cum emblematis Ioẽ ad herenniũ tercio· De orationib? aut poematis·q̃uis neutro genere hoc vbiq3 ꝓfert·Si em̃ ſicut plautus·& alij vetuſtiſſimi ſemio genere hoc protuliſſet·pares ſillabas omni caſui ſeruaſſet ·abſq3 genitiuo plurali ſm analogiam prime declinatõis Eſt igitur magis apud ciceronem et eos qui ſimiliter hmõi profezũt etrocliton·i·diuerſiclinĩũ·quia videlicet in ſingulari numero ſunt tercie declinatõis·ſed in plurali ſcẽe·vl' pt̃ declinari hoc peripetaſmatũ ti·hoc emblematũ

emblemati·ut dicit celsus·Excipiē bobus· ut dixi euphonie causa·pro boubus·Est ēm genitiu? singularis bouis·& inde bobus ꝓducit primā·sed in alijs casibus eam corripit Ouidi? epy·Nō ꝓfectu ris litora bobus arat Virgili? in bucolicis·Ille meos errare boues vt cernis & ipsuz·& hoc fit ut recuperet in tēporib? quod amisit in syllabis

De actō pl'ali tercie declinatōis

Accusatiu? pluralis tercie declinatōis sil'is est ꝓpio nominatiuo sicut et vocatiu?·In illis vero q̄ genitiuū pluralē in vm finiūt plerūqz ꝑ es·longā ꝓfertur actūs· vt hi latrones latronū·hos latrones o latrōes· Inueniūt ēm q̄dā in is·solā ꝓductam termīantia actm̄ pluralē greca que etiam in ntiō singulari similiē ī is·desinūt · vt hec sardis ·has sardis·Hec sitis has sitis·Sic ergo faciūt actm̄ pluralē noīa tercie declinatōnis facientia gtm̄ in vm· Quedā etiā greca faciūt actm̄ pluralē in es·et in as·vt pixides·vel pixidas.Qui · Pixidas iuenias et rez mille figuras·Crater teris·crateres vel crateras·Virgilius in ix·eneid· Indulgent vino et vertūt crateras aenos· Et ꝑamis dis·ꝑamides vel ꝑamidas· Vide infra ī quinta pte in crater in suo loco· Quoz aūt in iū· terminātiū genitiuū frequētius ī is·et quoz rarius exeat ī es acculatiuus· vt potero bxeuter colligā Oīm q̄ tam noīatiuū q̄ genitiuū singularis nūi similes habēt eoz accusatiuos pl'ales raro in es·frequenter in is· solebāt terminare·apud antiquos ītelligas·Apud aūt modernos sepi? ī es·vt pinguis·dulcis·nauis hic & hec oīs huj? oīs hos & has oīs vel omnis·Salusti? ī catilinario· Omnis hoīes qui sese student ceteris aīalibus Terētius Oīs vos gaudere oportet Virgilius in v·eneid· Quoqz magis fessas optem dimittere nauis. Similiter in es·& in is·faciunt accusatiuuz pluralē·nomīa in es desinētia semper pluralia·ut hi manes hoz manū·hos manes uel manis·tres triū·hos et has tres uel tris Vires tātum in es facit accusatiuū. In er quoqz desinētia·que in i termināt ablatiuū singularē· faciūt accusatiuū pluralē in es et in is· vt acer ab acri·hos acres uel acris·Similiter saluber uel salubris·a salubri hos & has salubres ul' salubris·imber ab imbri hos imbres uel imbris·hic decēber ab hoc decēbri hos decēbres uel decēbris·Horatius in primo epi· Me quater undenos sciat impleuisse decēbris Similiter accusatiuū faciūt pluralē in es & in is· & ī ns·uel in rs terminātia· ut hic fons hos fontes uel fontis. hic et hec iners· hos et has inertes uel inertis·hec pars has ptes uel ptis·Virgi· in ij ·geoz̄· Aggredior sanctos ausus recludere fontis·Virgi· in vi·Hic locus est ptis vbi se via findit in ambas· Alia autem ꝓnis genitiuū pluralē in iū faciunt raro inuenies & in paucis in is·fmiētia accusatiuū pluralē·Nā desinētia in as in nominatiō·licet gētiuū pluralē in iū·faciāt ꝝ analogiā·tamē in es accusatiuū pluralē ꝓferūt tātum Vnde ciuitas ciuitatū·has ciuitates fere vbiqz legimus· In x·terminātia triū genez cōia·q̄uis in pauciſſimis genitm̄ pluralē abſqz i·penul·proferāt·difficile ēm īuenies audacū pro audaciū·felicū pro feliciū· Supplicum tamē magis differētie cā profertur.ne si supplicū dicas·aliud significare videaris·quēadmodū artificum pro artificiū·et iudicū pro iudiciū·tamē accusatiuū plerūqz ꝑ es efferunt·raro ꝑ is·Virgilius in quarto geoz· Deinde tenacis suspēdunt ceras · Plus plurū quod solum in us terminās in riū habuit genitiuū pluralē·tam in es q̄ in is· finit accusatiuū·Horatius in primo epi· Cū tibi sol tepidꝰ pluris admouerit auras·sil'r cōpluris iueniē Lē bec lis hanc litiū has lites uel litis· Cicero in frumē taria·sedasti etiā litis illoz· Et scias q̄ vt dicit pris·ꝓprium est genitiui pluralis terminātis in iuz facere accusatiuū pluralē in is et in es·vt dixi supꝰ vbi egi de genitīo pl'ali ēcie declinatōis Et ītelligas ꝓpriū quod soli cōuenit sed non omī· qz videlicet sola noīa tercie declinatōnis q̄ faciūt gtm̄ pluralez in iū·faciūt accusatm̄ pluralem in is.et in es Vnde patet q̄ panis canis iuuenis·licet nōiatiu? et gtūs singulares desināt in is.et habeant pares syllabas in ntō et gtō·tamen qz gtūs pl'is eoz non desinit ī ium·sed in um ·tm̄ faciūt accusatiuū pluralē in es. non in is ·Non tamen omīa q̄ faciūt gēm pluralem in iū·faciūt accusatiuū pluralē in is. qz desinentia ī as·et ī x·vt ciuitas et audax·licet faciūt gēm in iū· vt ciuitatiū·at audaciū·Nō tamē faciūt accusatiuū pluralē in is·seo tm̄ in es·maxime apud modernos vt has ciuitates.hos & has audaces·ut per predicta patuit·

De casibus quarte declinationis

Quarta declinatio termīatōes habet ī nominatiuo duas·in vs coz·& in v·ꝓdu·In us masculinoz et femīoz tātummō latinoz vt hic senatus huius senatus.hec manus huius manus·In v·neutroz que omīa indeclinabilia sunt in singulari numero·ut hoc genu huius genu.hoc coznu hui? coznu·hoc veru huius veru huic veru·duas vero habet literas termīales scz s·& v· Genitiuus quarte declinationis·est similis suo nominatiuo·et desinit in us produ·vel in v·vt manus· visus coznu· Datiuus quarte declinatōnis singularis numeri fit a genitiuo·abiecta s·et addita i·sed coz·penul·ut huic senatui· manui· Accusatiu? quarte declinatōis a nomīatiuo fit·mutata s in m·hic senatus hunc senatum· hec manus hanc manum Vocatiuus similis est nominatīo ut hic senatus·o senatus Ablatiuus singularis a genitiuo fit· abiecta s·ꝓducitur enī v·sicut in genitiuo huius manus·ab hac manu·

Nominatiuus & accusatiuus & vocatiuus pluraleſ in hac decliuatōe similes sunt genitiuo singulari·ut huius senatus· hi et hos et o senatus·he yous haz youum·semp plurale Genitiuus pluralis a nominatīo fit singulari· abiecta s ·et assumpta vm·Corripiē ēm in utraqz syllaba tam in ntō q̄ in genitiuo plurali·ut hec manus·haz manuū Et oportet scire q̄ ī hac ōclinatione omēs casus pares hēnt syllabas nominatiuo excepto datiuo singulari·et geniciuo datiuo et ablatiuo pluralibus·qui vna syllaba supant ntm̄ singl' Datiu? et ablatiu? pluraleſ quarte declinatōnis fiunt a nō singulari mutata u· ī i interposita bu·vt hec manꝰ·bis et ab bis manib?·Quedā tamen seruāt u·vel causa differentie·vel solo vsu q̄ ꝺtinentur ī his versibus·Est specus et partꝰ portus lacus et tribus artus ·Arcus acus ficus quercus specuqz veruqz·Queda autem ex his faciūt in ub? datm̄ et ablatm̄ causa differentie· ut artus artub?·arcus arcub?·partꝰ partub? Artibus ēm et ptibus·et arcibus ab arte ·parte et arx arcis·arce nascuntur·q̄ sunt tercie declinatōis cuius dtūs et ablt̄us plurales pnlt·aliā nisi i·cozr· habere nō possūt·Vnde excipitur his et ab his bobus·in quo pnlt·ꝓducitur·Alia uero seruāt u·in

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

pnl'·solo usu·nulla causa dñe cogẽte·Neutra vero singularia in u·desinẽtia & indeclinabilia . assumũt a·& faciũt nẽm accusatiuũ & vẽm plurales·ut cor nu cornua·genu genua·Gtũs vero dtũs & abltũs ad similitudinẽ fiunt tam masculior q̃ feminorus vt cornuũ gtũs. bis & ab bis cornib?·Et scias. q in hac declinatõe us. corripiẽ in ntõ & vtõ singulari·sed in alijs casib? sicut in gtõ singulari·vt hui? visus. in ntõ & accusatiuo & vtõ pluralib?· vt hi hos & o visus ꝓdu·us.

De casibus quite declinatõis.

Omta declinatõ terminatõnem habet nti vnã es·ꝓductã·& vnã literã terminalez scz s·& sunt oĩa nõia quite declinatõnis fe·ge· & latina·Excipiẽ vnum nomẽ qõ ẽ dies qõ in singulari numero tam mas·q̃ fe·ge· inueniẽ· In plurali numero semp mas·ge·mueniẽ· vt hi dies· Sicut etiã ab eo ꝓpositũ sẽp mas. ge·est·vt hic meridies·Causã hui? dixi supra in capitulo de gne q̃si in principio· Gtũs & dtũs eiusdẽ declinatõis sũt sil'es·fiunt eñ extrema s·nti abiecta· & assumpta i·vt hic dies·hui? diei·huic diei·hec fides·hui? fidei huic fidei·& seruãt ꝓductõem gti si i·habeant penul.ĩ ntõ·vt acies aciei·Si aũt consonantem habeant ante s·corr·e·tam in gtõ q̃ in dtõ· vt hec fides·hui? & huic fidei·hec plebes. hui? & huic plebei·Accusatiu? a ntõ fit·s·in m·mutata·& necessario corr·e·Nunq̃ eñ ante m·terminalẽ longa inueniẽ vocalis·vt hunc meridiẽ· Vocatiu? similis est ntõ·hic meridies·o meridies·Abltũs quoq; fit a ntõ·abiecta s·hic meridies. ab hoc meridie·Inueniũtur tñ huiuscemõi abltõ veteres etiã ꝓ gtõ vsi Vt virg·in·ij·geor·Libra die somniq; pares vbi fecerit horas·Die posuit ꝓ dici·& ꝓducie e·in ablatio hui? declinatõis·Noiatiu? accusatiu? & vẽs pluralis similis ẽ ntõ singulari·vt hec res·he & has res·& o res · Gtũs plural' addita abltõ singulari rũ·fit ab hac re·harũ rerũ·Datiu? quoq; & ablatiu? pluralis fiũt ab abltõ singulari·adiecta bus · vt ab hac re·bis & ab bis reb?·Et nota·q̃ nomia quite declinatõnis nõ sunt in vsu in gtõ dtõ & ablatio pluralib?·ꝑter ista septẽ que ĩ his versib? cõtinẽ·Noĩa sunt quite que dant pluralia septem Est res atq; dies acies facies speciesq; · His quoq; maneries addaẽ materiesq; Inueniunẽ etiã quedã alia nõia quite declinatõis aliq̃ndo in ꝓdictis casibus apõ veteres·Vñ in ·ij·machab·capitulo· vij· Noli frustra extolli vanis speb?·Hic possz queri· quare nullũ neutrũ inueniaẽ in quita declinatõne nec etiã aliqõ adiectiuũ·Sed hoc supra in capitulo de declinatõne solutum est·

Tractatus de nõie explicit·De verbo incipit ·

Verbum ẽ psoratõis cum tpib? & modis & formis sine casu agendi vel patiẽdi significatiũ· sicut dicit ꝑs·in principio octaui libri·Verbo quot accidunt· octo·gen?·temp?. mod?·spẽs figura· diugatio· & psona cuz numero · Q̃ quedã verba non ꝓferunẽ nacta vel vsu impediente·

Sciendum autem quedam verba inueniri defectiua quorundam supradictorum accidẽtiũ·& hº vel nate nãtate fieri·vl' fortune casu·Ergo necessitas nature bipeita est ĩ significatõe·& ĩ cõmoditate·i·in cõsonãtia elemẽtorum·Sunt eñ quedã non solũ in verbis·sed etiã in alijs ptibus oratõis·q̃ significatõis cã dici nõ debent·ut si velim? dicere masculinũ ab eo qõ ẽ nupta nuptus·vel a puerpera puerperus· oppugnat ipa rerũ natura·ꝓpter significatõez que solis accidit feminis·nisi figura vel autoritas intercedat·Figura·ut si dicaz. Bonus aĩm? vxoris michi nupt? est·id est· bonũ habens aĩm·vxor michi nupta ẽ· Autoritas·ut plautus in cassia·Libet carmum q̃ agat scire nouũ nuptũ·ꝓ maritũ ·Necnõ in pnoibus primitis que sũt tercie psone·si velimus ꝓferre vocatiuũ casũ·q̃ non põt accidere nisi secũde psone.hoc cadẽ naturalis nessitas vetat·In cõmoditate vero. vel in cõsonãtia deficiũt q̃dam .ut si velimus ab eo qõ est cursor & risor femina facere ꝑm analogiã mutatõe or.in rix·absonũ fit & incõgruũ nature literarũ·Vñ cicero volens ab eo qõ ẽ expulsor·ꝓferre feminũ mutauit·s·in·t· & expultrix dixit· Tusculanorum ·v · O vite philosophia dux ·o virtutis indagatrix expultrixq; viciorum· Idem in eodem·Regie virgines que ut tonstricule tondebãt barbã·ab eo quod est tonsor·tonstrix feminũ fecit addita t·& ex eo diminutiũ tonstricula formauit·quomõ a nutritor nutrix ·etiã a nutrix nutricula dicit ꝓ naturã·Per fortunã quoq; duobus modis ꝓhibemur quedã ꝓferre· Vel qz inusitata sunt. vel qz incõcinna & turpia vel aspere ꝓlata videnẽ eẽ·Inusitata sunt quib? non inneniunẽ vsi autores. quãuis ꝓportõne potestatẽ faciẽte dicendi·ut prex·nix·for·dor · positiuũ faris debet e ẽ for passiuũ·do·debet eẽ dor·Ea eñ quãuis ratione regule bene dicanẽ·tñ qz in vsu autoꝝ non ĩueniũtur·recusam? dicere·Incõcinna vero vl' turpia vel aspere ꝓlata eẽ videẽ metuturus · vel metuiturus·nutrietrix·q̃ quanuis ꝑm analogiam debuisset dici·In tor eñ terminata masculina q̃ ex verbis nascunẽ·mutant or·in rix·& faciũt femina ·ut doctor doctrix·victor victrix·Cũ igiẽ masculinũ sit nutritor· ex eo ꝑm analogiã nascebaẽ nutrietrix· euphonie tñ cã cõcisio facta ẽ medie sillabe · et ör nutrix.sicut bobus ꝓ boub?·Necnõ etiã in contexru diuersarũ dictionũ hoc solet fieri·ut cũ nobis turpe ẽ dicere·itaq; nobiscũ ꝓposterũ ꝓferẽ·Vn? ergo ex his plerũq; quattuor modis inueniẽ · q̃ facit tam verba q̃ etiã alias ptesoratõis eẽ defectiaſ Differẽtie tñ causa multa solent·vel taceri · vel cõtra regulã ꝓferri·ut fas·gtñ nõ habet·nã vel facſ siue faris vel vasis dicam? aliud põt significare· Coniunx cõiũgis secñ analogiã debuit ꝓferri· sz ne verbũ eẽ puteẽ absq; n·ꝓferẽ cõiugis· Venus veneris·cũ oĩa in us·correp·ꝓpria secunde sint declinatõnis·solũ hoc tercie inueniẽ·ne si veni dicã?· verbũ.eẽ puteẽ·Et far farris solũ in r·desinens gemmauit r·m obliquis·ne si faris dicam?·aliud mõstret·Similiter repugnãtibus regulis solẽt q̃dz taceri·ut ador·cui? gtũs in vsu frequẽti non inueniẽ qz due cõtrarie pugnant in eo regule·Cũ ei sit neutrum deberet penul.o· gti corr·ut equor equoris Sed cum habeat verbũ adoro penul·ꝓducẽs debz ꝓduci·Vñ et deriuatiuũ eius·scz adorea o·ꝓducũ marmorea.equorea o·corripiãt·ergo repugnantibus regulis mãsit ador·in frequẽti vsu indeclinabile·In verbis quoq; cũ oĩa in eo·desinẽtia secũde cõiugatõnis in ui·faciãt ꝑteritũ ꝑfectũ·ut teneo tenui . Differẽtie cã maneo mãsi facit.ne manui datiu? manus puteẽ·Et neo neui·ne si nui·dicerem? a nuo esse videreẽ·Audeo ausus sum·qz hausi ab haurio fit·quãuis aspireẽ·Fac·dic·duc·fer ·magis

placuit p apocopam ꝓferri differẽtie causa· ne si face. duce· dice· fere diceremus· aliud significaẽ vi dꝛemur· quãuis hoc non in ꝓsimilib9 omnib9 vel vniuocis soleat fieri·

De generib9 verboꝝ·

Genera verboꝝ sũt septẽ. scz ·actiuũ· passiuũ· neutrũ· neutropassiuũ· neutrũpassiuũ· ꝯmune & deponẽs· Actiui gñis dicit illꝺ verbũ qꝺ desinit in o· & pꝺt facere trãsitꝺem ad aliqꝺ ratꝺnale aĩmal· vnde possit fieri conuersa locutꝺ in prima vel secũda ꝓsona p assũptionem r· Passiui generis est verbũ qꝺ ĩ or desinẽs descendit ab actio p adiectꝺem r· Neutri gñis est illꝺ verbũ qꝺ in o· desinẽs· nꝺ pꝺt facere trãsitꝺem ad aliqꝺ aĩmal ratꝺale vnde possit fieri ouersa locutio in prima vel secũda ꝓsona p assũptꝺem r· In tercia aũt ꝓsona sepe passiuũ solet inueniri· sed ad muta & carentia aĩa pertinẽs Dicim9 enim Condit olus· Aratur terra· Inseritur arbos· Curritur spaciũ· Quis em̃ dicit aroꝝ· inseroꝝ· nisi poetica ꝯfirmatꝺ· id est· ꝓsopopeya ĩducat· Ergo ĩ prie illa possũt habere primã & secũdam ꝓsonam passiuoꝝũ. in quib9 & fateri possũt he dicte persone qꝺ in se fit· vt est amo te· ꝓsequit· q illꝺ ad quẽ dixi ꝯtendo· id qꝺ a me audiuit. dicat amor a te Que daz tamẽ sũt absoluta· vt ditesco· viuo· ferueo· sedeo· q non egent casu ad ꝯplendã sententiã· Vnꝺ passiuis quoq carent· Neueropassiui generis ẽ illud verbũ qꝺ ĩ ꝓteritis pfectis & plusquãpfectis & in his q formanẽ ab eis· retinet literaturã passiuoꝝ· in ceteris vero neutroꝝ· & sunt quiq· Vnde versus· Quinq puer nũꝺ neutropassiua tibi do· Gaudeo cũ fio soleo simul audeo fido· Neutripassiui generis· est verbũ qꝺ habet lrãturam neutroꝝ & significatꝺẽz passiuoꝝ· & significat passionem aliũ de illatã· & sunt ãttuoꝝ· q ꝯmenẽ in hoc versu· Exulo vapulo veneo nubo ãttuoꝝ ista. Sensum passiui sub voce gerũt aliena· vide in· v· ꝓte ĩ exulo· Cꝺmune est illꝺ verbũ qꝺ m passiua lrãtura vtrãqz retinet significatꝺẽm· scz actiuã & passiuam· vt criminoꝝ te· crimiꝺr a te· tũ in vnica plationꝺ non pꝺt habere vtrãqz ostructꝺẽm· Vnde incongrue dꝝ· crimiꝺr te & a te· Verba aũt cꝺia scz modernos sũt ista q ĩ his versib9 ꝯmẽt· Largior experiꝺr veneroꝝ moroꝝ osculoꝝ oroꝝ· Crimmor amplectoꝝ tibi sũt cꝺia lector· Hoc etiã verbũ interꝓtor in freqnti vsu in vtraqz significatꝺe inuenitur· Et vt dicit prisc· in· xij· li· verbis plurimis que nũc in vsu deponẽtia sũt veteres sic cꝺibus vsi sũt

Deponens verbũ est illꝺ qꝺ in passiua lrãtura retinet tm̃ significatꝺẽz actiuã· vt loquor·

De tempoze verboꝝ·

Temp9 accidit verbo ad diuersi act9 significatꝺem accomodatũ· Tria sũt tpa· pns ꝓteritũ & futurũ· Sed ꝓteritũ rurs9 dividit in tria· scz in ꝓteritũ impfectũ· ꝓteritum pfectũ· & ꝓteritũ plusquãpfectũ· Et iuste ꝓteritus in tres differẽtias partimur· Nichil em̃ certi9 ad noticiam nostrã pꝺt venire· q̃ gesta p diuersũ tpis spaciũ ꝓteriti· Facile em̃ dinoscit· verũ multo an nup sint facta an ceperũt qꝺem· necdũ tm̃ sint pfecta· Itaqz ꝝm qꝺ accidit tẽp9 rebus quas agim9· nomẽ ipi tempi imponim9· Preteritũ impfectũ tempus noiantes in quo res aliq cepit geri· necdũ tm̃ est pfecta· Preteritũ vero pfectũ illꝺ est in quo res pfecta monstrat. Preteritũ plusquãpfectũ ẽ in q res iam pridem pfecta ostendit. Instans aũt inditui duũ est qꝺ vix stare pꝺt· vñ merito a qbusdam in stans impfectũ nomiat· nisi em̃ sit impfectũ in eo adhuc ee actꝰ intelligi nꝺ pꝺt· Futurꝰ quoq cũ incertũ sit & infinitũ. & vtrũ paulopost an multo erit· nꝺ potuit discretis qbusdã finib9 declinatꝺis vti· itaqz vna voce contentũ fuit·

De modis verboꝝ·

amauerat amauerātis Tercia pluralis formatur a
tercia sing. interposita n. ut amauerat amauerant.

Prima persona preteriti perfecti & pluſ
quāperfecti optatiui modi formatur a
prima preteriti perfecti indicatiui mōi
addita s. & sem. ut amaui amauissē. cucurri cucur
rissem. Secunda autez persona formatur a sua pri
ma. m. mutata in s. ut amauissem amauisses. tercia
formatur a secunda s. mutata in t. ut utinam ama
uisses amauisset. Prima persona pluralis formaē
a tercia singulari remota t. & addita mus. ut utinā

amauisset amauissemus·Secunda persona plural' formatur a tercia sing·addita is·vt vtinā amauisset amauissetis·cucurrisset cucurrissetis Tercia psona pluralis formatur a tercia singulari interposita n·vt vtinam amauisset amauissent·momordisset momordissent·

Prima persona sing·pteriti perfecti subiunctiui formatur a prima persona preteriti pfecti indicatiui modi·i·mutato in e·correptam & addita rim·ut amaui amauerim·pependi pependerī·acui acuerim·Secunda persona formaē a sua prima·m·mutata in s·vt amauerim amaueris·lauerim laueris·Tercia formaē a secunda s·mutato ī r·vt laueris lauerit·Prima persona pluralis formatur a tercia sing·sui·r̄mota t·& addita mus·vt amauerit amauerimus·cucurrerit cucurrerimus penultima correpta·Secunda persona pluralis formatur a tercia sing·addita is. vt amauerit amaueritis·lauerit laueritis·Tercia pluralis formatur a tercia singulari īterposita n. vt momorderit momorderint·Et nota regulā generalem ꝙ sicut dicit p̄stianus ī octauo libro. Preteritum pfectum subiunctiui retinet consonantem p̄teriti pfecti indicatiui·Idem etiam facit futurum subiunctiui·Preteritum pluſquāpfectū cōiunctiui est simile p̄terito pfecto & pluſquāpfecto optatiui

Prima psona fut̄i subiūct̄i formaē a p̄terito pfecto subiunctiui·remota im·& addita o·vt amauerim amauero cucurrerim cucurrero penultima correpta·Secūda formatur a sua prima o·mutato in is·vt lauero laueris pependero pepēderis penultima correpta. Tercia fit a secunda psona s. in t· vt amaueris amauerit·Prima persona pluralis formaē a tercia sing·sui·remota t·& addita mus·vt amaūit amaūim?·Secunda psona pluralis formaē a tercia sing·sui.& addita is·vt amauerit amaueritis penultima correpta. Tercia pluralis formatur a tercia singu·sui·interposita n·vt lauerit lauerint·Ex dictis patet ꝙ futurum subiunctiui est simile p̄terito pfecto subiunctiui p omnia·exceptā persona prima singularis numeri·

Preteritum pfectū & pluſquāpfectum infinitiui formaē a preterito perfecto et pluſquampfecto optatiui·remota m·vt vtinam amauissem amauisse·momordisset momordisse·legissem legisse·iuissem iuisse ꝛc̄

De formatione temporū passiui·

Passiui p̄ma psona formatur a p̄ma psona actiui p̄ntis indicatiui modi addita r·ue amo amor·Secunda vero psona formaē a secunda actiui·interposita ri·vel remota s·& addita re·vt amas amaris vel amare. In tercia tamen coniugatione mutaē in actiuo etiā i·in e·vt legis legeris vel legē·Tercia vero psona passiui formaē a tercia actiui addita ur·vt amat amaē·docet docetur·Prima psona pluralis p̄sentis indicatī modi formatur a prima psona actiui pluralis·us·in ur·mutata·vt amam? amamur·Secunda formaē a secunda actiui pluralis tis·mutata in mini·vt amatis amamini·docetis docemini.legitis legimini·auditis audimini·Tercia vero passiui formaē a tercia actiui pluralis addita ur·vt amāt amanē·

Prima psona p̄teriti impfecti passiui īdicatiui modi formaē a p̄ma psona singu·p̄teriti impfecti actiui·m·litera mutata in r·vt amabā amabar·Secunda psona passiui formatur a secunda actiui īterposita ri·vel remota s. & addita re·vt amabas amabaris vl' amabaē·Tercia vero passiui formatur a tercia actiui·addita ur vt docebat docebaē·Prima vero persona pluralis passiui formatur a p̄ma pluralis actiui·us·in ur·mutata·vt amabam? amabamur·Secunda formaē a secūda actiui ti·mutata in mini·vt amabatis amabamini·docebatis docebamī·Tercia psona formatur a tercia psona actiui addita ur·vt legebant legebanē audiebāt audiebātur·

Futuri indicatiui passiui p̄ma psona formatur a p̄ma psona futuri indicatī actiui addita r·si futurum desinat in bo·vt amabo amabor·docebo doceboꝛ·Si aūt futurū actī desinit in am·formatur a futuro actiui m· mutato in r·vt legā legar·audiā audiar·Secūda psona passiui formaē a secūda actiui hoc modo·Si futurū actiui desinit in bis·i·mutato in e.interponiē ri·vl' remota s.& addita re·vt amabis amaberis vl' amabere·docebis doceberis vel docebē·Si eñ futurū actiui desinit in es·in secunda psona·tūc interponitur ri·vel r̄mota s·& addita re·vt leges legeris vel legē. audiā audies audieris vel audiere penultima p̄ducta·Tercia aūt persona passiui formatur a tercia actiui addita ur·vt amabit amabitur·legꝫ legetur·audiet audietur·Prima vero psona pluralis passiui formaē a prima pluralis actiui·vs mutata in vr·vt amabim? amabimur·legem? legemur·Secūda formatur a secūda actī tis·mutata ī mini·vt amabitis amabimini·docebitis docebimī·legetis legemini audietis audiemmi·Tercia psona passiui formatur a tercia actī·addita vr·vt amabūt amabuntur·docebūt docebuntur·legent legenē·audient audienē·

Imperatiuus p̄sentis passiui formaē ab impatio p̄sētis actiui & a secūda psona addita re·vt ama amare·audi audire Tercia psona formatur a tercia actiui addita vr·vt amet ametur·doceat doceatur·legat legaē·audiat audiatur·Prima persona pluralis passiui formatur a p̄ma pluralis actī·vs·mutata in vr·vt amem? amemur·Secūda formatur a secūda actiui te·mutata ī mini·vt amate amamini·docete docemini·legite legimini·audite audimini·Tercia vero persona formatur a tercia actī addita vr·vt amēt amentur·doceant doceantur·legant legantur·audiant audiantur·

Futuri imperatiui passiui in secunda & tercia persona sing·qꝫ similes sūt·formatur a secūda persona imperatiui futuri actī addita r·vt amato amator tu·amator ille·doceto docetor·legito legitor penultima correpta·audito auditor penultima producta·Prima aūt psona pluralis futuri imperatī passiui est similis prime persone pluralis p̄sentis imperatiui & passiui·vt amemur·doceamur·legamur·audiamur·Secunda psona pluralis futuri imperatiui passiui formaē a secunda pluralis futuri imperatiui actī·tote mutato in minor·vt amatote amaminor·docetote doceminor·legitote legiminor·auditote audiminor·Tercia aūt formatur a tercia pluralis futuri imperatiui actiui·addita r·vt amāto amātor·docento docentor·legunto leguntor·audiūto audiūtor·

Optatiuus passiui in prima persona p̄sentis formatur a prima persona p̄sentis sui actiui·m mutata in r·vt amarꝫ amarer· Secunda psona passiui·formatur a secunda

actiui pñtis optatī modi interposita ri vel remo
ta s & addita re vt vtinam amares amareris vel
amarere doceres docereris vel docerere legeres
legereris vel legerere. siliter reperires reperire
ris. vel reperirere penultima producta. Tercia p=
sona passiui formatur a tercia actiui addita ur vt
amarz amaretur. Prima persona pluralis optatiui
passiui formatur a prima persona pluralis optatī
actiui us mutata in ur vt amaremus amaremur.
Secunda formatur a secūda actiui tis .muta ī mi
ni. vt vtinam amaretis amaremī doceretis docere
mini .legeretis legeremī audiretis audiremī. Ter=
cia autem formatur a tercia sing. actiui addita ur
vt amarent amarentur. Futurum optatī passiui ī
prima persona formatur a prima persona futurī
optatiui sui actiui m mutata in r vt vtinā amem
amer doceam docear. Secunda persona formatur
a secūda futurī sui actiui interposita ri vel remo=
ta s & addita re vt vtinam ames ameris vel ame
re doceam doceas docearis vel docearc vtinam le
gam legas legaris vel legare vtinam audiā audias
audiaris vel audiare penultima producta. Tercia
persona passiui formatur a tercia persona actiui
addita ur vt vtinam amet ametur. doceat doceaē.
Prima vero persona pluralis passiui formatur a
prima pluralis actiui us mutata in ur vt vtinam
amemus amemur. doceamus doceamur. Secunda
persona formatur a secūda pluralis actiui tis im
mini vt vtinam ametis amemī doceatis doceamī
legatis legamī audiatis audiamini. Tercia persona
formaē a tercia actiui addita ur vt vtinā ament a
mentur. doceant doceanē.

Subiunctiuꝰ presens passiui est similiꝰ fu
turo optatiui passiui. vt vtinam vel cuꝫ
amer ameris cē. Preteritum impfectum
subiunctiui est simile presenti & ꝓterito impfecto
sui optatiui vt vtinam vel cum docerer docereriꝭ
Infinitiuus passiui formatur ab infinitiō actiui e
mutata in i vt amare amarī docere docerī audire
audirī. In tercia tamen coniugatione formaē ab in
finitiuo actiui remota re & e. mutata in i vt legē
legī. Futuro infinitiui caret verbum passiuū sicut
& verbum actiuū habet tamen pro ipso suppletō
nem supini cum hoc infinitiō iri. vt futuro amatū
iri. Infinitiuus autē deponentis & verbi cōmunis
predicto modo formatur ab infinitiuo suo.

Preteritis perfectis & ꝓteritis plusquā
perfectis omīb9 & futuris subiunctiui
carent verba passiua & habētia literatu
ram passiuam. habent tamē pro ipis suppletōem p
participia ꝓteriti temꝑis. cum sum es est vt amatꝰ
sum vel fui. eram vel fueram. essem vel fuissem.
sim vel fuerim. ero vel fuero. erunt per u non per
i vel fuerūt. amatū esse vel fuisse. Hec de tēpo
ribus & modis verboꝝ dicta sufficiant. Amodo
de speciebus verboꝝ videam9.

Species verborū sicut dicit pristianus in
octauo libro sunt due. primitiua. & deri
uatiua q̄ fere in omnib9 īueniūtur parti
bus oratiōnis Est igitur primitiꝫ que primam posi
tionem ab ipsa natura accipit. vt feruco. lego. do=
mo. facio. garrio. albo. Deriuatiꝫ est. que a positis
deriuaē. vt feruesco. lecturio. domito. facesso. gar
rulo. albico. Sūt igiē deriuatiuoꝝ diuerse species
inchoatiua. meditatiua. frequentatiua. desideratiꝫ
diminutiua. Inuenītur preterea alia species que po
test dici mozalis. siue imitatiua. vt patrisso. Repe
ritur etiam alia species q̄ potest dici appatitiua.

De verbo inchoatiuo.

Inchoatiuū verbum est desinens in sco
significans initiū actus vel passionis sui
primitiui. vt caleo calesco. que etiā ple=
runqꝫ a neutris absoluta m. vel intrīsecus natam si
gnificantibus passionem deriuanē. quoꝝ primitiꝫ
rum pleraqꝫ sunt secūde coniugationis. vt rubeo
rubesco. palleo pallesco. marceo marcesco. arceo
arcesco. luceo lucesco. pateo patesco. Ideo autem
dicimus pleraqꝫ. quia inueniunē etiam ex alijs ver
bis īchoatiua. sed raro. vt cupio cupisco. sentio sē
tisco. labo labasco. integro integrasco. Siliter bi
bisco. amo amasco. misereoꝝ misezesco. sed hoc ma
gis a misereo res. est quo vetustissimi sunt vsi. ex
quo impersonale est miseret & miseretē. Nam a mi
sereoꝝ qō est deponens nec inchoatī in o desinēs
nec impsonale posset nasci. Viuo viuisco. inde re
uiuisco. Vespasco quoqꝫ videē quasi a vespo ras.
verbo deriuari. vel potest deriuari a vespa vespere
Formanē autem omnia inchoatiua a secūda perso
na pñtis ātiqui indicatiui modi sui primitiui ad
dita co. vt labo labas labasco. feruco ferues ferue
sco. cupio cupis cupisco. scio scis scisco. Excipiē
bio bias qō bisco non biasco facit. Vnde debisco
debiscis. & inde debiscens. Vetustissimi tamen fa
tiscoꝝ & fessus dicebant. ex quo defitiscoꝝ & defes
suꝫ. quod q̄dam a fateoꝝ eē deriuatū volūt. Hic
attende. qꝫ verba inchoatiua sūt tercie coniugatio
nis. sicut meditatīa sūt quarte & carēt preteritis
perfectis inchoatiua. qꝫ videlicet preteritū perfe
ctum significat terminum rei verbi. sed inchoatiua
initiū. Item scias. qꝫ q̄dam verba desinunt ī sco. q̄
non sunt inchoatiua. vt quiesco quieui. pasco paui
disco didici. posco popposci. suesco sueui suet9. Hec
ponit pristian9 in octauo libro. Et in ix poīt que
dam alia de quib9 dixi in preteritis tercie coniuga
tionis desinentium in sco. Preterea ista non sūt in
choatiua licet in sco. desinent. sez nosco noui. igno
sco ignoui. cognosco cognoui. agnosco agnoui. a
gnitū. dinosco dinoui. depesco depescui. Et q̄dā
alia a predictis composita. & forte quedam alia q̄
nunc non occurrūt memorie que poteris agnoscē
ad preteritum. Nam inchoatiua carent preteritis
perfectis. nisi forsitan ascisco. & concupisco. que
modo non significant inchoatōnem. Vnde habent
preteritum suoꝝ primitiuoꝝ. sez asciui & cōcu
piui. Nam ascio non est in vsu. Concupisco nunc
valet quantū concupio. Vnde concupiscentia &
non ocupientia. Et scias. qꝫ ꝑm pristianuꝫ frequē
tatiua frequēter faciunt ex se passiua. Nam īchoa
tiua & meditatiua magis sunt neutra.

De meditatiuo verbo.

Meditatiuum verbum est verbuꝫ desinēs
in urio signans meditatōem actionis vl
passionis sui primitiui. Descendunt aūt
ista ab actiuis vel neutris. Formantur aūt ab vlti
mo supino addita rio. vt lectu lecturio. esu esurio
mictu micturio. partu parturio. amatu amaturio
nuptu nupturio. dictatu dictaturio. Et sūt quar
te coniugationis. quomō inchoatiua tercie. & cor
ripiunt u ante r. vt pturio pturis. lecturio lectu
ris. esurio esuris. Et ꝑm pristianuꝫ nullum verbuꝫ
quarte coniugationis habet u. correptam ante rio
nisi meditatī. Ex hoc patet. qꝫ scaturio ris. cum nō
sit meditatiuū. non corripit u ante r. sicut nec pu
rio ris. imo producitur. Errauit aūt vindocinensis

cum dixit. Et seaturizantes Iesus abhorret aquas. Caret autem meditatiua ꝑteritis ꝑfectis. quia uidelicet preteritum perfectū significat terminū rei sed ista meditatōem actionis uel passionis. Est eī meditatio quasi media rei actio. & sunt meditatia neutra. ut in pluribus sicut inchoatiua. Queri potest de hoc uerbo esurio esuris. qō cum sit meditatiuū ut dicit pristian9. habet tamen ꝑteritū sicut uidet in euangelio mathei. Esuriui etenim & dedistis michi manducare. Et tamen etiam ꝟm ꝑstianū meditatiua uerba carent ꝑteritis perfectis Ad hō respondet huguicio. q licet ars grāmatica ita exigat. potest tamen aliter dici & inuēiri ī diuina pagina. que non coartāt regulis grāmaticorum. sed forte pristianus ibi nondū legerat. Esuriui & non dedistis michi manducare. quāuis legamus ipsum fuisse sacerdotem. sed amore iuliani apostatasse. ita dicit huguicio. Alij dicunt cum quibus ego. q esurio inquantum est verbum meditatiū caret ꝑterito perfecto. vt bene dixit pristian9. Aliquando tamen esurio esuris est verbum neutrū & absolutum. & nullam meditatōem notat. vt esurio. id ē. fameo. & sic sumitur in euangelio. ut Esuriui. id ē famen habui. vel famui. & sic habet preteritum pfectum. Item dico. q licet theologia non subdat regulis donati vel grāmatice tanq̄ ancilla. tamen utitur regulis grāmatice tāq̄ dña ad imperiū suū quia. Sapientia edificauit sibi domū. & excidit columnas septem. id est. septem liberales artes. Nec putandū falso est. q theologie piti utantur latinitatibus contra veritatem artis grāmatice. cum augustinus. ambrosius. hieronim9. gregorius. fuerint boni grāmatici. Verum tamē est. q theologi utunē aliquando allotheca. ut Sermonē quem audistis non est meus. sicut & ipsi grammatici. unde virg̃ Vrbem quā statuo vestra est. Aliquādo utuntur methaplasmo. moysi pro moysis. Sed aliquando utunē tropo. vt Turbatus est herodes & oīs hierosolima cum eo. & Mortui sunt qui querebant aīam pueri. Et hoc etiam licet doctoribus theologie. q etiam ꝟm donatu3 Barbarismus est una pstio orationis uiciosa in cōmuni sermone. In poemate methaplasmus. i. ī ore sapientis. Quia vt dicit ouidius. Si fuit errādū causas habet error honestas Lex etiam humana dicit Non oīm que a maioribꝰ tradita sunt ratio reddi pōt. Hoc autē quod dicit hug̃. qui multos sequaces habet. q theologia non coartatur sub regulis grāmaticorum. uidē posse haberi ex uerbis gregorij. qui ita dicit in epistola super iob in fine epistole. Queso inquit. vt huius opis dicta percurrens in his verbozū folia non requiras. q per sacra eloquia ab eozū tractatoribꝰ īfructuose loquacitatis leuitas studiose compescitur. dum in templo dei nem9 plantari prohibetur. Et cuncti proculdubio scim9. quia quotiens in folijs male lete segetis culmi proficiunt. minozi pleītudine spicarum grana turgescunt. Vnde & ipsaz loquendi artē quā magisteria discipline exterioris insinuant seruare despexi. Nam sicut huius quoqz epistole tenoz enunciat. non methacismi collisionē fugio. non barbarismi confusionez deuito. sit9 motusq3. etiam ꝑpositionum casus seruare contemno. q indignum uehemēter existimo vt verba celestis oraculi constringam sub regulis donati. neq3 enim hec ab ullis interpretibꝰ in scripture sacre autoritate seruata sunt. Ex qua nimirū quia nostra expositio oritur dignuz ꝑfecto est. vt quasi edita sobo
les speciem sue matris imitetur. Hec oīa gregorius. Sed intellige verba gregorij sicut dix. q uidelicet non constringunt verba sacri oraculi tāq̄ ancilla sub domina sub regulis donati. sz sicut domina theologia utitur artium ueritate Item. greg̃. & alij sacri doctozes non seruant semp doctrinaz quā tradidit donatus in libro qui dicitur barbarismus. Non em̄ semper uitant in dictis suis methacismū. labdacismū. iotacismū. collisiones. & hmōi que sunt quasi folia. sed magis facit uim in sententia. unde ipemet donat9 quādo multa uicia numerauit in capitulo de barbarismo ita dicit. Nos autē cauenda hec oīa uicia prelocuti. controuersiā de nomie pertinacibus relinquam9. Multi em̄ faciūt uim in folijs & ornatu uerboz̄ potius q̄ ī sententia & ueritate quod sancti doctozes deuitant.

Nunc de verbo frequētatiuo

Frequentatiū verbum est in to. vel in so. vel in xo. desinens. signans frequentatōnem actionis. siue frequentiam act9 sui primitiui. Et verba frequētatiua faciunt frequēter de se passiua. Nā inchoatiua & meditatiua magis neutra sunt. Deriuantē autem frequentatiua plerū q3 a supinis mutatione extreme sillabe. u. in o. vt scriptu scripto. dictu dicto. cursu curso. domitu domito. nexu nexo. flexu flexo. Si autez sint prime cōiugationis verba ea a quibus descendunt & habeant penultimam a. mutant a. in i. correptā. & u in o. vt iperatu imperito. rogatu rogito. volatu volito. Ideo autez dicimus. plerūq3 a supinis ea deriuari. quia in gi. terminantia ꝑteritum a presentis secunda persona abiecta s. & addita to. faciūt frequētatiua. vt lego legis legito. fugio fugis fugito. ago agis egi agito. cogo cogis coegi cogito penultima correp. unde mergo. q3 mersi facit superiorū seruat regulam. i. a supino fit frequentatiū mersu. merso mersas. Quero querito differentie causa facit. quia queso quesito fatir. Scitor scitaris. notandum quoqz et scisciton scisciscitaris. quia a primitiuo actiuo deponentia sūt nata. q3 uidelicet a scio scisscitu. u. ī or. fit scitor scitaris. & a sciscio scisais venit scisciton scisciscitaris s. finali mutata in tor. scisciscitor. Nosco quoqz ne scito facit. Dicitur etiam noto notas. De quo similiter est notandū. q cuz a notu primā producente fit deriuatum. corripit tñ penultimam. Nec mirum cum composita a notus est quādo mutant o. in i. correptī. vt agnit9. ignotus tamen ignotus seruauit o. longam. Sunt tamē quedam deficientia in supino que raro faciunt frequentatiua. vt ab egreo egresco & egroto. & sunt oīa frequentatiua prime cōiugationis. & seruāt significatōnem primitiuorum. quāuis uideanē quedam ex his in aliū sensum transire. vt traho tracto cogo cogito. dico dictu dicto. Sed si quis attēti9 inspiciat non penitus absistunt hec a primitiuoruz significatōe. Notandum etiam. sector sectaris qō differentie causa puto per sincopam. u. penul. prolatum ne putetur nomen. si secutor dicerem9 cum supinum primitiui eius secutum sit. Raro tamē deriuationes huiuscemodi specierū fiunt a verbis in or. desinentibus. quia uidelicet fere oīa descēdūt a verbis actiuis & neutris. Multa etiam alia verba frequentatiua inueniūtur que formātur a secūda persona pītis que non enumerat priss. sicut patebit in quinta parte Hic attende. q supina seu participia verbalia deriuātia a verbis quarte cōiugatōis. vl a verbis tercie. q̄ hñt ꝑteritū & supinū

ad modum quarte· vt auditum & cupitum · omia producunt i·ante t·exceptis his que componunt̃ a supinis correptis·ut aditum·nequitū·mitus ·peritū · Et quidquid dicitur de supinis dicendum ẽ de verbalibus & frequẽtatiuis eorum·ut domitus domitor·& domito domitas penultima correpta Excepto ambitū supino quod producit̃·& similiter ambitus participium·seo hic ambitus tus ·corripit penultimam.

De desideratiuo verbo.

Desideratiū verbum est verbum desinens in so·signans desideratõem actionis vel passionis sui primitiui·vt viso visis·id est·cupio videre·Inde visens·id ẽ·cupiens vidẽ· Veniunt huiusmodi verba ab actiuis vel neutris· Formantur ei quedã ab vltimo supino·u· mutata in o·vt visu visi viso visis·Inde inuiso inuisis penultima producta·Quedam aũt formantur a secũda persona singulari p̃sentis indicatiui· mutato i· quod precedit vltimam cõsonantẽ in e·& addita so· vt capio capis capesso·facio facis facesso. Quedam formantur a secunda persona p̃sentis indicatiui addita so·sicut ea que formantur a verbis secunde coniugationis·vt arceo arces arcesso· Inuenitur tamen instantia in quibusdam sicut in desideratiuis que veniunt a compositis de cio cis · nam vt dicit hug·Cieo & cio componunt̃ cum ad · & dicitur accieo acciui acitum·& accio acciui accitū id est·aduocare.appellare· Sed antiqui in tali compositione solebant mutare d·in r·dicentes aruolaẽ arcio·Sed nos dicimus aduolare·accio mutantes in compositione d· in c·sequente c·Sic ergo dicit̃ accio accis scõm modernos·Arcio arcis scõm antiquos & in eodem sensu·Et ab vtroq; istorum descendit verbum desideratiuus in so· Ab arcio antiquo deberet dici arcesso arcessis·sed quia arcesso descendit ab arceo·ideo causa differentie mutatū est primū s.in r i eo qõ descendit ab arcio arcis antiquo·& dicitur arcerso arcersis·Itẽ ab accio accis moderno deberz descendere regulariter accesso accesis·sed quia ab accedo accedis accessu descendit similiter accesso ideo causa differentie in eo qõ venit ab accio mutatū est primum s.in r· & dicitur accerso sis·Inuenit̃ ergo arcerso ab arcio cis· Itẽ accesso ab accedo accessu·Inuenit̃ adhuc aliud verbum desideratiuum ab accerso·sis·& est quarte cõiugationis in eadem significatione cum eo· & habet r·in antepenultima syllaba·accersio sis · Vnde actuũ decimo·Accersi symonem. Et sũt verba desideratiua tercie coniugationis· habent tamen preterita & supina ad modum quarte. Tamẽ accersio inuenitur quarte coniugationis olim· sed moderni veniunt accerso sis· tercie ciugationis·qõ idez est cum illo antiquo verbo accersio sis· quarte ciugatõis· De verbis desideratiuis dixi supra vbi determinaui de preteritis tercie ciugationis desinentium in so·

De verbo diminutiuo·

Diminutiuum verbũ·est verbum desinẽs in lo·signans diminutõnem actionis sui primitiui· Deriuantur autem huiusmõi verba a verbis neutris vel actiuis·Formantur vero a prima persona p̃sentis idicatiui modi mutato eo quod sequit̃ sonantem a qua incipit secunda syllaba·in illo vt sorbeo sorbillo· vel in vlo· vt garrio garrulo·Caluo tamen facit cauillo pro caluillo ex quo calumnia·& facit calui calutum·sicut solui solutum·sed istud supinum calutum nõ est in vsu

De verbo mozali·

Morale verbum siue imitatiuus·est verbũ signans mozẽ rei sui primitiui·vt patriso·id est·mozem patris gero vel imitor· Deriuãtur autem huiusmodi verba quãdoq; a nomine·quandoq; a verbo·Formantur vero aliquã do ab ablatiuo singulari mutato e.quod sequitur consonantem vltime syllabe in is·& addita ·so·vt patre patriso Vel mutato o·in is·& addita so·ut greco greciso· Vel mutato o·vel a·in oz·vt philosopho philosophoz pho̅pharis · & poeta poetor· poetaris. Et vt dicit priscianus in primo maioris sepe pro z·solemus ss·gemmatum ponere · ut patriso patrissas·

De verbo apparitiuo·

Apparitiuũ verbum·est verbum desinẽs in co·signans apparitõez actionis rei sui primitiui· Descendunt autem huiusmõi verba a verbis actiuis vel neutris·& formantur a secunda persona presentis indicatiui extrema pte vltime syllabe mutata i i· correptam & addita co· vt vello vellico ·fodio fodis fodico·albo albas albico albicas·id est·appareo albere·Horatius in·v· carminum·Nec prata canis albicant pruinis· Itez nutrio nutris nutrico & nutricor · Vnde cicero in secundo de natura deorum·Omia que sic̃ membra & partes suas nutricatur & orinet·

De verbis impsonalibus·

Impersonalia omia vt dicit prisianus i octauo li·vel ab actiuis · vel a neutris deriuantur·vt amo amatur·sto statur· placeo placet· Et scias·q; verba impersonalia non descendunt a verbis imperfectis·nec a verbis passiuis·omnibus·deponentibus·nec a verbis anormalis·nisi ab istis duobus fero & edo·nec a defectiuis·vt odi·noui·cepi·memi.nec ab alijs defectiuis·ut ait·& iquit·nec a verbis neutropassiuis vt gaudeo·fio ꝛc̃·nec a verbis excepte actionis·ut pluit·tonat·nec a verbis signantibus passionem i natam·vt palleo·rubeo·nec a verbis signantibus passionem illatam·ut vapulo. veneo·nec ab hº verbo facio facis cum suis compositis· quando nõ recipiunt passiuũ·vt benefacio·calefacio ·tepefacio malefacio·Vnde non est dicendũ·A me benefacit̃ a me tepefacitur·vide etiam in libeo·Sunt etiam q̃dam impersonalia actiue vocis ·quedam passiue· Inter que est differentia hec·quia impsonalia actiue vocis possunt construi cum infinitiuis verborum·ut Placet michi legere · Sed impsonalia passiue vocis non·Vnde male dicitur·A me desiderat̃ legere Item impersonalia actiue vocis regunt ante se eosdem casus quos regunt sua personalia post· vt Michi placet·places michi·Impsonalia passiue vocis non· vnde male dicitur ·a me legitur virgiliũ Item scias·q; sunt quedam verba impsonalia non simpliciter sed ex adiuncto que sequunt̃ constructiones illorum uerborum impsonalium quib? adiunguntur·scz incipit· debet ·solet·desinit·potest ·et uult·ut Socratis incipit interesse legere·Socrat̃ incipit decere legere·Socrat̃ incipit penitere peccare.a socrate incipit legi·& sic de similibus.Numeri·xxj· Tedere cepit populũ itineris ac laborisNota q; differentia est inter infinitiuum verbi impsonalis passiue uocis·& infinitiuum passiui .ut uult prisianus in secũdo minoꝛis· quia infinitiuus uerbi impersonalis ad

perfectam constructionem indiget ablatiuo · ifinitiuus vero passiui non · Item quia infinitiuus verbi impersonalis construitur cum ablatiō intransitiue · infinitiuus vero passiui transitiue. Item quia infinitiuus verbi impsonalis resoluitur in actiuū infinitiuus autem passiui in passiuū · Item quia ifinitiuus verbi impersonalis non construitur cum accusatiuo · ifinitiuus vero verbi passiui sic · Sciaſ etiam · q; si verbum passiuum construitur cum ablatiuo considerandū est · verum ille ablatiuꝰ denotet causam efficientem vel aliam · Si eñ efficientē denotat · tunc debet poni cum prepositione. vt diligor a platone · Si eñ denotet materialem vel aliā preter efficientem · non debet poni cum p̄positōe · vnde male dicit̄. Verberor a baculo · vel Spolior a prebenda · quia sequeretur iam q; posset fieri cōuersa locutio · ut diceretur · Prebenda spoliat me · quod est contrarium rationi ·

AVnt alia verba ut dicit prisciañ ī octauo libro · que ex verbalibus nascunt̄ nōibus · vl participijs · ut a rego rex. a rege regno · a duco ductus · a quo ducto. a lego lectus a quo lecturio & lectito · ¶ Et sciendū q; frēqnter apud grecos ex noibus dignitatū solēt deriuari verba que actum vel amīstratōnem ipsius dignitatis significant · Apud latinos autem dignitatuꝫ nomia pleraq; ex verbis vel nominibus nascuntur que faciunt verba · ut consul a psulendo · dictator a dictādo · questor a questu · edilis ab edibus · pretor a preundo · ductor a ducendo · imperator ab imperando · Ergo rex quod solum a regendo nascitur · peperit ex se aliud verbuꝫ regno · A villico nomīe etiam villico villicas vel villicor villicaris dicebant antiqui · A metallorum quoq; nomībus solent nasci verba · ut ab aurum auro auras · ab eris · ero eras · vnde auratus & eratus · Et a muleis quoq; alijs nomībus inuenimus verba deriuari · ut a cornice cornicor · & a frutice fruticor · Persiꝰ · Nescio quid tecū graue cornicaris iepte · Et a philosophus quoq; philosophor philosopharis · & ab architecto architector architectaris · A patre patro patras & patrisso · a greco grecisso · a spuma spumo · ab vnda vndo vndas · abundo inūdo · ab aqua aquor aquaris · a frumento frumētor frumentaris · a pabulum pabulor pabularis · antiquus antiquo antiquas · heres ab heredo · a grecꝰ grecor grecaris a vespero vesperasco · a luce luceo · a nocte pernocto · a mare vel maritus marito maritas · ab hieme hiemo hiemas · a fortuna fortuno fortunas · a bacho bachor bacharis · a limpha limphor limpharis Artium vero nomia tam apud grecos pleraq; q; apud nos omia post verba naturaliter sūt accipiē da · ut post doceo doctor · post profiteor pfessor · post suo sutor · post scribo sc̄ptor · post oro orator Et sunt fere omia professionum nomia apud latinos verbalia & in or · desinunt · Nam grāmaticus & philosophꝰ · & architectus · & sophista · & poeta · greca sunt · Itaq; ex nominibus ipsis habentur verba apud grecos · vnde nos quoq; philosophor architector · poetor · in vsu habemus · Omia quoq; que ex ipo actu agentibus imponunt̄ ex verbis nomina · nō ex nomibus verba prosiliunt · ut amo amator · monio monitor · curro cursor · lego lector · impero similiter imperator · psulo cōsultor · duco ductor · Ab aduerbijs etiam & prepositōnibus inueniūtur deriuatia verba · ut pendine pendino dinas · Cras ex quo crastinus · & pcrastino procrastinas

Intra vel intro · hinc intro intras · Supra vel sup inde supero superas ·

De gerundijs ·

8 GErundia siue supina nascunt̄ a verbo & quodāmodo verba sunt · Et ideo de eis aliquid dicemus · Simpliciter aūt gerundia nomia sunt ſm prisciañ · vnde dicit · Gerundia autem michi nomia eē videnē · Gerundia autez siue supina nascuntur a verbo actiuo · passiuo · neutro · impersonali · deponēti · omuni · Sed que nascūtur ab actiuo resoluunt̄ in actiuum · ut venio causa legendi · id est · ut legā · Que veniunt a passiuo resoluuntur in passiuū vt · Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis · id est · dum cantaē · Que veniunt a neutris · resoluuntur in neutra · ut venio causa dormiendi · id est · ut dormiam · Que veniūt ab impsonali · resoluunt̄ in impersonale · ut venio causa a me amādi · id est · ut a me ametur · id est · ut ego amem · Consimile inuenitur in lucano · Magnus timor regitur ī audiendo · id est · duz ab aliquo auditur · Que veniunt a deponentibus · resoluuntur in deponēs · ut venio causa loquendi · id est · ut loquar · Que vero veniunt a omunibus · retinent sigficatōnem & constructionem actiuā & passiuam vt uenio causa criminandi te · id est · ut crimier te vel uenio causa criminandi a te · id est · ut crimier a te · Item gerundium ponitur pro articulo greco & infinitio · Et ideo eandē constructōnem habet quantum ad casum quam habet infinitiuus · vnde si gerundium descendit a uerbo actiuo regit accusatiuum ante se & post se · Ante se · sicut infinitiuꝫ intransitiue · Post se transitiue · ut magistruz legendum est uirgilium · id est · magistruz dignum est legere uirgilium · Si descendit a passiuo · regit ante se accusatiuum · & post se ablatiuum cum prepositione · ut magistrum honorandū est ab omībus · id est · magistrum dignum est ab omibꝰ honorari · Si descendit a uerbo impersonali non recipit aliuz casum q; suum uerbum · ut a me curritur · & a me curendum est · id est · a me dignum est curri ·

De hoc infinitiuo iri ·

DE hoc infinitiuo iri scias · q; quando pōitur in suppletione uerbi impersonalis requirit ante se ablatiuū cum prepositōne a · uel ab · ut uerum est a me amatum iri · id est · uerꝫ est q; ego amabo · Sed si ponatur ī suppletione uerbi personalis · requirit accusatiū añ se · ut ueruz est me amatum iri · id est · uerū est q; ego amabor · Iob xxij · Et putabas te tenebras non insurum · & ipetu aquarum inundantiū non oppressum iri · id est · q; non oppremereris · uel q; non opprimendus esses · ¶ Nota hic · q; hoc uerbum est · quādo ponit̄ cum gerūdijs est impersonale · Nam scire debes · q; hoc uerbum est potest esse impersonale in quattuor locis · scz quando significat statum · ut bene est michi Quando signat contigentiam · ut est qñ elementuz in duo diuiditur · est · id est · contigit · Quādo claudit in se suppositum · ita q; nullo modo intelligatur extra · ut ita est de sorte ut de eo dicitur · Quando ponitur cum gerundijs uel participijs uerborum impersonalium · ut a me legendum est · a me lectum est · De hoc uerbo sum · infra dicam cum agam de figuris ī capitulo de euocatione · Hec dicta de uerbo sint ·

De participio ·

PArticipia & infinita uerba ad similitudinem optatiuorum tempora hñt piuncta

p̄sentis & preteriti imperfecti·& preteriti ꝑfecti & pluſquāperfecti vt dicit priſtianus in vnde cimo libro· Participium autem preſentis & preteriti imperfecti naſcitur a prima perſona preteriti imperfecti in omi conīugatione·bam·mutata i ns vt amabam amans·docebam docens·legebaz legēs muniebam muniens· Exceptis in eo · deſinentibus quarte coniugationis verbis que mutant bam· in ens·vt ibam iens·quibam quiens.preteribam pre teriens·Hec etiam habent per obliquoſ caſus pro ie·eu·vt iens euntis·quiens queūtis·preteriens p tereuntis abiens abeuntis·rediens redeuntis·tran ſiens tranſeuntis·ſubiens ſubeuntis· Inueniē etiaz munibam & polibam pro muniebam & poliebam Sed participia ab īegris fiūt muniebā & poliebā Inde poliens & muniens Participium aūt futu ri temporis deſinenſ in rus·formaē ab vltimo ſupi no addita rus·vt amatu amaturus·locutu locutu= rus· Participiū enim preteriti perfecti & pluſ= quampfecti temporis·formatur ſimiliter ab vltio ſupino·vt amatu.addita s·fit amatus. Et deſinūt iſta participia in tus·vt amatus·in ctus·vt lect? · vel in ſus·vt viſus·vel ī xus·vt nexus · Mortuus autem in us·deſinit· Participium autem futuri temporis deſinens in dus·fit a gēo participij tem= poris p̄ſentis·tis·finalis in dus·conuerſa·vt amās amantis amandus·preteriens preterēūtis pretereū dus·tranſiens tranſeuntis tranſeundus· Verbum cōmune habet oīm temporum participia·Nam ha bet participium p̄ſentis & preteriti impfecti in us & futuri in rus·inquantū ſignificat actionem·p̄= dicta enim duo participia actionem ſignant·Inde eſt ꝙ verba actiua p̄dicta duo participia habent· Item verbum cōmune habet participium preteriti & futuri in dus·inquantum ſignat paſſionē·Par= ticipium enim in dus·ſemper ſignat paſſionem· Et inde eſt ꝙ verbum deponens illud participiū nō habet·ſed alia trium temporū ptcipia habet· Par ticipium autem in tus·ſignificat paſſionem & etiā actionem aliquando·Inde eſt ꝙ verbum deponēſ habet iſtud ptcipium·vt loquor locutus·Et inde etiam eſt·ꝙ iſtud participium ſignat actionem & paſſionem in verbo cōmuni· Et ideo vtranqz con= ſtructionem retinet.actiuam ſez & paſſiuam·non quidem in vna prolatione·quia incongrue dicitur Sum crimīatus te a te·ſed in diuerſis prolatēib? Vnde congrue dicitur·Ego ſum crimīatus te·& Ego ſum crimīatus a te·Participium aūt in dus· ſemp paſſionem ſignat . & ideo etiam in verbo cō muni conſtructionem tantum paſſiuaz retinet· vt Sum criminandus a te· Participium aūt futuri in rus·& preſentis in ns·ſignat actionem ſempez·& ideo in verbo cōmuni conſtructionem retinent a ctiuam·vt Sum criminans te·& criminaturus te· Nota hic·ꝙ participium tranſit ī nomē quatuor modis·ſcilicet Comparatione·vt doctuſ doctior doctiſſimus nomen eſt·Non enim compatur parti cipium·ſicut nec verbuz· Item compoſitione·quan do componit̄ cum dictione cum qua non compōi tur ſuum verbum·vt impotens·indoctus·Nō em̄ dicimus impoſſum·vel indoceo indoces·Item tem poris amiſſione·vt amandus venit·id eſt · dignus amari·Non enim ſignat tempus·ſicut cum dicitur amandus·id eſt·vt ametur · Item conſtructione · quando ſcilicz non retinet conſtructionem ſui ver bi·vt Amans illius.nomen eſt·Amans illum ·par ticipium eſt·Scire inſuper debes·ꝙ participium p̄ ſentis temporis vel preteriti perfecti nominaliter poſitum·nullam aliam p̄poſitionem ꝙ̄ in·poteſt re cipere per compoſitionem ꝙ̄ ſuum verbum· vt im potens·& indoctus·Et hoc ideo ·quia in· exiliter immutat.ſed alie prepoſitiones violenter·& ideo participium traſiens in vim nominis nullam pre poſitionem per ſe recipit ad ſui compoſitionem p̄ ter in·que eſt nominibus appropriata·Vnde parti cipium futuri temporis nominaliter poſitum eam non recipit·quia ſapit naturam ſui verbi cauſa inſi nitiui per quem exponitur· vt docendus·id eſt·di gnus doceri·& ita nichil eſt dictum ·Iſte eſt indo cendus.ſicut nichil eſt indoceri·ergo inculcus· id ē non cultus·nomen eſt·Sed inculcus·id eſt ·inhabi tatus·participium eſt ab incoloz incolaris·Item p ticipium in rus·deſinens non tranſit in nomen·vt a maturus· Item nota·ꝙ ſi deficiunt ſupina.etiā deficiunt participia·tam futuri temporis in rus·de ſinentia ꝙ̄ preteriti in tus·que ex ipſis naſcuntur· Qđ inuenies in omībus meditatiuis et inchoatiuiſ· in quibus deficiūt ſupina quaſi duo extrema quib? deficientibus ſupradictorū quoqz temporum defi ciūt participia·Item vt tetigi a verbo deponenti naſcuntur tria participia·ſcilicz p̄ſentis & preteri ti impfecti·vt ſequēs·preteriti pfecti & pluſquā perfecti·vt ſecutus·futuri·vt ſecuturus · Multa tamen ex huiuſmodi verbis deponentibus inuenīū tur apud antiquiſſimos ptcipia temporis preteri ti·tam actiuam ꝙ̄ paſſiuam ſignificatōnem haben tia·vt meditor meditatus·Sed ſciēdum.ꝙ verbis quoqz plurimis que nunc in vſu deponentia ſunt· veteres ſicut cōmunibus vſi ſunt.& quaſi idem di cendum eſt quando inueniē ptcipium deponentiſ in dus·vt ſequendus·quia vel a cōmuni olim veīt vel in actiua ſignificatōe exponi debet·vt dicam in loquor Item vt vult priſtiā? in vndecimo li bro·Caſus participia ſex habent quomodo nomia nec ſunt in ip̄is deficientia aliquo caſu·nec mirum Nam ī eo quoqz imitantur adiectiua que nullo de ficiunt caſu.ſiue mobilia ſint·ſiue in duas conſonā tes deſinentia·Que enim deficiūt fixa ſunt·vt Faſ dicione·Item ſcias.ꝙ neutropaſſiua que ſūt quin qz·trium temporū habent ptcipia·vt gaudeo gau dens gauiſus gauiſurus·Audeo audens auſus au ſurus·Soleo ſolens ſolitus ſoliturus· Fio fiens fa ctus futurus·differentie cauſa ne ſi facturus di camus·ſimile ſit participio qđ venit a facio verbo qđ vim actiuaz poſſidet fio verbi. Vnde a ſupino eius naſcitur paſſiuum p̄teriti participium . & fu turi actiuum factum factu factus facturus Fido quoqz fidens habet fiſus & fiſurus participia·

De numeris·

Vmerus participijs accidit vterqz · ſin gularis vt curtens·pluralis vt currētes & ſic̄ non deficiunt caſibuſ·ſic nec nume ris defectiua inuenies participia·

De figuris participiorū·

Figuras habent participia quas habēt vl accipiunt a verbis·Nam per ſe nunq̄ cō ponitur participium niſi prius verbum ciuſ componatur·ergo vel ſimplicia ſunt·vel decō poſita plerunqz·id eſt·a verbis compoſitis deriua ta·vt efficio efficiens·intelligo intelligēs· Si enim ip̄a per ſe componantur nō prius verbis compoſi tis·tranſeunt in noīm vim·ſic̄ etiam ſi comparen= tur·vt nocens innocens· ſapiens inſipiens · Sim plicia enim eorum poſſunt & participia eſſe & nō

nomina· Composita vero sine dubio nomia sunt· Ideo autem addimus plerunqz ·quia sunt quedaz que plerunqz non seruant compositionis verborũ compaginem Vnde apparent ea quasi ex se compo sita· vt effringoz effractus. contingoz contactus & similia. De hoc supra dixi cum egi de compõita figura nominis in principio

De termination pticipiozum ptериti tempis·

E diuersis quoqz consonantibus que an te us· in ptериti tempis pticipijs mueniũ tur. quãuis p singulas verbi terminatio nes cum de supinis tractabamus docuimus ·tamẽ hic etiam generaliter comphendere non incõgruũ videtur esse· Omnia igitur pticipia ptериti tempis· vt dicit pristianus in vndecimo libro· vel in tus. de sinunt· vt amatus adiutus· vel in ctus· vt senect? sanctus· vel ptus· vt captus sumptus· vel in stus· vt questus· vel in sus· vt risus nisus · vel in psus· vt lapsus· vel in xus· vt flux? flex? plex? & cetera

De desinentibus in tus.

IN tus· desinunt omnia que ptеritum in ui · ter minant sillabam mutatione ui· in tus· vt adiuui adiu tus· neui netus· deleui deletus· straui stratus· lacess siui lacessitus· excipiunt differẽtie causa tria· a· lõ: gam in au· dyptongon conuertentia· vt laui laut? faui fautus. caui caut?· ne si latus· fatus· catus di: cẽmus· alias significatões habere putarentur · Ta men scias· qp locus magis est in vsu nunc qp̃ laut?. Et sciendum· qp omia hec penultimas productas habent· tam in verbis· qp̃ in ptеritis· qp̃ etiam in p ticipijs· exceptis seui sat?· siui situs· que in partici pijs penultimas corripiunt· vt leui vel limi lit? fa cit etiam liui· & tunc ab eo regulariter formatur litum· Pristianus autem magis approbat leui· in x· libro· qp̃ qp limo faciat lini videlicet differẽtie cau sa ad nomen limus lini ī vocatiuo quod a leo sim plici nascitur· qõ in vsu non est· Vetustissimi etiaz liui dixerunt in preterito· Et infra ibidem dicit· In ui· sillabam desinentia mutant eam ī tum· vt creui cretum. ergo leui quoqz vel lini· vel liui litum· Et subdit pristianus in decimo libro· A ciui quoqz ci tus· licz corripere & producere penultimã Ab iui quoqz composita vel ab ij. vt a quiui vel quij cor ripiunt in participijs i· ante tus· vt aditus· obitus preteritus· nequitus· Solui enim solutus· & volui volutus· abiecta i· producunt u · penultimam · A vero ante tus corripi in quattuor solis participijs inueni· duobus prime coniugatõis que duplicant ī preterito priorem sillabam· dedi datus· steti stat? quod participio simile nomẽ est· Vnde participiũ futurum staturus· Secunde quoqz coniugationis vnum inueni a deponenti· reor ratus· Et a tercie vnum· seui satus · vnde insitus I· vero corripiam habent ante tus· omia que preteritum ī ui· diuisas termimant· nisi sint ex presentibus in lo· vel in uo· desinentibus· vt domui domitus· elicui elicit?· Ex cipiuntur prime quidem coniugationis duo que p sineresim i· proferunt· secui sectus· & fricui fricti? A neco quoqz verbo necatus & nectus inuenitur pticipium· Sed necatus dicitur ppie ferro· nect? alia vi peremptus· In secunda quoqz cõiugatione excipiuntur m ui· diuisas ptеritum desinentia que penultimam i· in pticipijs non habent · hec docui doctus· tenui tentus· censui census· Tercie quoqz rapui rapt?· & ex eo composita· corripui correpti? pripui prereptus· Similiter verba composita a ca nendo absqz i· faciũt participia scõm pmitiui for mam· canor cantus· occinor occentus· accinor accẽ tus· quanuis occinui & accinui faciunt preteritum In rui. vel in xui· p idem tempus exeuntia non hñt i. in participijs· vt desero deserui desertus· dissero disserui dissertus· insero inserui insertus · aperio a perui aptus· Mensui quoqz mensus facit · & cẽsui census· In lui· vero desinentia ui · in tus conuer tunt in participio· vt colo colui cultus· occulo oc cului occultus· alo alui altus & alitus· Vnde etiaz volo volui vultus facit· qõ nomen est participia le· quomodo colui cultus quando est quarte decli nationis· que etiam o· verbi in u· conuertunt Que vero in pseti in uo· diuisas desinũt i· extrema ptе riti in tus· conuersa faciunt participia· polluo pol luis pollutus· suo suis sut?· eruo eruis erutus· qõ solum penultimã corripit· tamen ab hoc cõpositũ põ· pnl· diruo rui. dirut? A do· quoqz composita i· breuem habent ante tus· in participio ptеriti· vt reddo redditus· credo creditus· prodo proditus· perdo perditus· vendo venditus· Deponentia in quor. mutant eam in cu· & sumentia tum. faciũt su pinum· vt loquor locutum· sequor secutum·

De desinentibus in ctus·

IN ctus· faciũt participium ptеriti passi i ua verba que per idem tempus actiuorũ in xi· faciunt· vt intellexi intellect? ·nexi nectus auxi auctus· traxi tractus. vnxi vnctus· Mutant enim xi· in ctum· Excipiẽ flexi quod flex? facit participium· & etiam figo fixi fixum· fluxi flu xum vel fluctum· Frixi frixum· vel frictum· cũ de clinatur frigo gis· Frigeo enim facit frigui · & ca ret supino · C õniueo cõniui· & cõnixi cõnixuz· Pe cto pectis pexui· vel pexi · pexum vel pectum· Ne cto nexui· vel nexi· nexum · quod etiã facerz nectũ· nisi esz differentia hui? verbi neco necas necui ne ctum· Plecto plectis· plexi plexum antiq̃· nũc autẽ plector & amplector dicimus commune cum suis compositis· Itẽ in gor. deponentia mutant eam ī ctum & faciunt supina· vt fungor functum · Pan xi autem non habet supinum· & per consequẽs nec participium ptеriti temporis passiuum. Ango aũt anxi debet facere anctum· sed non est in vsu· Sili ter in ci· vel in qui· vocali longa antecedente desi nentia in preterito in ctus· faciũt participium· vt feci factus· ieci iactus· reliqui relictus . Similiter in gi· vt legi lectus· fregi fract?·

De desinentibus in ptus·

IN ptus exeũt pticipia preteriti tempo i ris passiua cum actiua eiusdez tempo ris in pi· vel in psi· vel mi· terminantur vt cepi captus· & cepi ceptus· scalpsi scalptus .cõ psi comptus· sumpsi sumptus· prompsi promptus dempsi demptus· nupsi nupta· nuptus enim natu raliter siletur· nisi p irrisionem vel figuram dicat. quanuis vetustissimi nouus nuptus protulisse in ueniantur · qõ nunc in vsu non est · Emi emptus· ademi ademptus· redemi redemptus · Rapui quo qz raptus facit· & ex eo composita· corripui corre ptus · preripui prereptus·

De desinentib? in stus·

IN stus vnum inueni deponens· queror i questus· & passiuum pascor pastus· cum alia eiusdem forme soleant s· abicere. na scor natus· irascor iratus· obliuiscor oblitus , paci scor pactus· nanciscor nact?· proficiscor profect? vlciscor vlciscеris vlt?· expgiscor expergiscеris ex perrectus· deficiscor solum duplicat s· ī participio

vt defessꝰ Hic attẽde. ꝙ vro vssi facit ptcipiũ preteriti tempis in stus. ut vstus. & torreo tostꝰ & haurio hausi haustus. gero gessi gestus. X. quoqz antecedente vnum muenio ĩ tus. a textui texꝰ. ita dicit pristianus. Propter hoc dicunt ꝙaz ꝙ mistꝰ debet scribi per s. & non per x. Alij dicũt ꝙ scribitur per. x. mixtus mixtio. & remanet t. in suo sono. quia precedit x. & ita vult hugꝰ. & cõmunius tenetur.

De desinentibꝰ in su

N sus. desinũt participia que ex verbis veniunt in si. vel in di. preteritum actiui terminantibus. nisi sint a do. composita. vel quarte coniugationis. quia verborum quarte coniugationis nullum participium in sus. terminatur. vt lesi lesus. mersi mersus. iussi iussus. prandeo prandi pransus. tondeo totondi tonsus. obsideo obsedi obsessus. fodio fodi fossus. tendo tetendi tensus. tundo tutudi tunsus. prehendo prehẽdi prehensus. fendo scidi scissus. findo fidi fissus. Excipiuntur vsi vstus. torsi torsus & tortus. Antiqui dicebant a torreo quoqz tostus. gero etiaz gessi gestum facit. ita dicit pristianus in vndecimo libro. Et in. x. dicit. Omia verba que faciunt preteritum in di. faciunt supinum in sum. vt prandeo prãdi pransum. Excepto dedi quod est prime coniugationis. quod nunq̃ facit supinum in sum. & ex eo compositis que in terciam transeunt coniugationẽ & a. penultimã simplicis supini in i. conuertunt. ut do dedi datum. reddidi redditum. Et addit pristianus in libro vndecimo. Similiter faciunt participia in sus. verba que in li. vel ri. vel ti. terminant preteritum actiuoraz. vt vello velli. vel vulsi vulsus. fefelli falsus. pepuli pulsus. perculi perculsus. Suffero sustuli anormalũ est & sublatus facit. Decurri decursus. Verri versus. Verti versus. Excipitur peperi partus differentie causa. Peperci enim parsus facit. Quarte coniugationis in si. vel ri. preteritum terminantia in tus. non ãtecedente i. faciũt participia. vt fartio farsi fartus. sartio sarsi sartus fultio fulsi fultꝰ. haurio hausi haustus. reperio reperi repertus. comperio comperi compertus.

De desinentibus in psus

N psus. vnum iuenio a deponenti. vt laborlapsus ita dicit pristianꝰ. Magister bene dicit. ꝙ etiam cambio facit campsi campsum. & inde campsus campsa campsuz. & cãpsor campsoris. & huic consentio.

De desinentibus in xus.

N xus. tria inuenio passiua. scilicz nexus a nexui. pexus a pexui. flexus a flexi. Similiter faciunt participia amplector amplexus. complector complexus. & conniueo cõniui vel connixi connixũ. inde connixus. Supradictas formas seruant in participio preteriti temporis cõmunia & deponentia que facile ex simili terminatione passiuorum dinosci possunt. quomodo faciant per singulas coniugationes participia preterici temporis. Neutra pauca habẽt preteriti temporis participium & raro. vt ceno cenatus. prandeo prãsus. iuro iuratus. careo cassus quod & nomen est. Passus a pateo. titubo titubatus. placeo placitus. quiesco quietus. Suesco etiam similiter facit suetus. A neutropassiuis quinqz sunt participia gaudeo gauisus. audeo ausus. soleo solitꝰ. fio factus. fido fisus. Vetustissimi tamẽ & ex alijs plurimis neutris mueniunt protulisse participia preriti que modo in vsu non sunt. pleraqz tamen neutrorum secunde coniugationis ĩ ui. diuisas desinẽtia in preterito. deficiunt in supinis. vt horrui. rubui. tepui. ferbui. senui. frigui. egui. rigui. durui. stupui & similia. Hec de participio dicta sũt. De differentia participij & nomis verbalis habes ĩ lector lectoris. & in spirator. & etiam ĩ scribo vide Item participia non componuntur nisi per nomĩatiuum. vt dicam in edifico De pronoĩe sufficiat quod dictũ est cum tractauim? de nomine.

Nunc de prepositione.

Cardo dis incerti gñis dicit̃ a carpo pis qz uertẽdo carpat̃· vel dicit̃ a cardian·& est cardo pua ps hostii·s·cuneꝰ? q̃ ĩ foramine vertit̃ Vnde & cardo dicit̃ ipm foramen aliquãdo·& dicit̃ cardo a cardion quod est coz·qz sicut coz hominez regit & mouet·ita ille cuneus ianuã regit & mouz·Cardo etiam dicit̃ extremitas rei·vnde & cardines celi dicũtur extreme ptes axis sic dicti·qz p eos vertit̃ celum. Cardo etiã ponit̃ p oportunitate vel articulo·Vñ puerbialit̃ solz dici·Res est ĩ cardine·id ẽ· ĩ articulo uel ĩ oportunitate·Qui·n·ĩ cardie est· leuiter põt ĩtrare uel exire·Vñ vir · Aut tãto cessabit cardine rez

Cardomomũ momi herba q̃dã est· granũ quodd spẽs arõatis·& pd̃·mo sicut amomũ ciãmomũ·

Cardueli lis fe·gñis q̃dã auis dicta a carduis qz scirpis & cardnis pascat̃

Cardu? dui·dicit̃ a carpo pis q̃si carp?· Regꝰ·mj libro xmj·capitulo·Carduus libãi misit ad cedruz Et est cardu? genus herbe spinose· cuius natura mordax & austera ẽ·& ideo succus ei? allopicias ·i·capillorꝰ flux? curat

Carectũ ti locus vbi crescit carex vel repouit̃·& deriuatur a carex·Vir·in buc· Tityre coge pec? tu post carecta latebas·Iob ·vnj·Aut põt crescẽ carectum sine aq̃

Careo res p̃teritũ habz·& supplet̃oem p̃teriti· & duo supina·szi carui caritus vel cass? sum cassum cassu·et caritũ caritu. Caritũ tu quod ppat caritus·& cassũ su·quod ppat cassus a um · Carẽs caritus vel cass?·caturꝰ? vel cassurus· quod probat cassus·& est idem carere quod nõ habẽ· & est neq; cum omibus suis apositis si aliq̃ ab eo verba cõposita inueniãtur szm hug·& coz·ca· Quidi· epy· Quod caret alterna requie durabile nõ est · Szi carus ra rũ pd̃·ca· Vnde versus · Semp amore care ne te careas mihi caze·Pap̃·dicit·Careo res rui cassum q̃uis caritur? ra rũ faciat pricipiũ· & secũdũ hº caturꝰ? irregulariter format̃·

Carex cis fe·gñis q̃dã herba·& ut dicunt cãna palustris·& dicitur a careo res·qz roboze careat szm

hug·Pap̃·uero sic dicit·Carex herba acuta· uulgo
lista·et cor·ri ī obliquis ut caricis
Caria rie·i·caries·Vide in carics
Cariatharbe·q̃ et hebron dr· et interpt̃ ciuitas
quattuor·Arbe·n· q̃ttuor cariath ciuitas·qr ibi se
pult? ē adā·maxī? abrhaā·ysaac & iacob·cū uxo-
Cariathsepher·interpt̃ villa pul ribus suis·
critudīs vel ciuitas lr̃ārum
Caribdis·a carina dicit̃·hec caribdis quoddā pi
culū marinū sic dictū·qr carinas absorbe
at·Aq̃s·n·accipit vt uomat· vomit vt accipiat·vñ
Ouidi? Euomit & potat tira caribdis aq̃s·vel ca
ribdis q̃dā vetula voracissima fuit· q̃ qr boues her
culis furata ē·a ioue fulminata ē & ī mare p̃cipitata
antiq̃s ibi exercet rapinas · Vñ ille loc? dicitur ca
ribdis·& ē b·eiusd̃ sillabe cū d· Vel caribdis ·vt
dicit pap̃·mare ē vertigiosum ī sicilia dicta grece·
q̃ gurgitibus occultis naues absorbeat· Ter in die
stīgit fluct?· & ter vomit·& dicit̃ caribdis·quasi
carinas abdēs·qr eas ī mare submergit· Vide ī scil
la·Et desinit actūs singularis ī im & ablatiu? ī i
Carica a copia dicit̃ hec cariaca ce vt caribdi
·i·fruct? palme·& ficus sicce·vel poti? massa illa
rū·Vñ & a copiositate sūt notate. qr multe sunt
in vna massa·Vel dicit̃ a carīs quod ē grā·qr tales
fruct? gratiosi sunt·& cor·pnl̃·Oui·Quid vult
palma tibi vulgosaq̃ carica dici
Caricia cie ī caritas ē
Cariētissimos· Vide ī q̃rta p̃te ī ca·de tropis
Caries a careo es ·dicit̃ hec caries rici·i· putredo
qr careat soliditate· Sed caries ē p̃prie lignor· pu
tredo vero aliar rer·& dicit̃ sic· qr euēiat lignis
soliditate & virtute carētib?·& hec caria rie ī eod̃
Caria e a cario is dr hec carīa ne· media pa sēsu
nauis·qr cū remis curr̃ēs diuidit aq̃s· vel poti? di
cit̃ a curro is carina quasi curzina· Et ē carīa p̃prie
media pa nauis scz vent̃·sz ponit̃ quādoq̃ pro ipā
naui·Qr ār dicit̃ carina·quasi carēs rima ethimolo-
gia est nō apositōnis ostensio·& p̃·pnl̃·vñ q̃dā
Dic lat? esse rat̃ ventr̃ē dic eē carīā
Carinator torīs·i·cōuiciator & maledict?·& de
nuā̃ a carino nas
Carino nas verbū neu·i·argueze vel quiciari· uel
illudē·& dicit̃ a careo res
Carinus ni q̃dā vir a terēcio induct? dictus sic·
quasi carēs noy·i· mēte & sensu·a careo & noy·vl'
sit hec etia· & deriuat̃ a careo res
Cario rias·i·putrescē·& est lignor·& deriuatur
Cario ris·i·diuidē verbū actū a caria ne
Carioſus a caria uel caries dicit̃ carioſus sa sum·
·i·vetust? putrid?·& opaē carios? sior sissim?· vñ
carioſe sius sissime adūbiū
Caris grecū·& interpt̃ grā· & accētuat̃ in fine
& pōt scribi p k siue p c
Carisia sie·i·lena·vetus & litigiosa·& dicit̃ a ca-
reo res· Vñ & fallaces ancille carisie dicunt̃·qr ve-
ritate carent
Carisma matis gn̄is neu·i·grā vel donū grē·& di
cit̃ a caris quod est grā·& cor·pnl̃·gti· vñ quidā
Vult crux lucia cimis & carismata dia Qr det uota
pia quarta seq̃ns feria·
Caristeū stei gn̄is neu ·gen? mazmoris viridis· a
caris quod est grā sic dictū·qr sit gratū sculptori
bus·eius·n· viriditas reficit oculos
Caristia stie ī caritas uide
Caristo·a caristeū dicit̃ caristo stas·i·fulgere· vel
caristare·i·grās referze·vel letari·& secūdum h^a

deriuatur a caris
Caritas·A caris quod ē grā dicit̃ hec caritas atis
·i·dilectō·vel rer emptō difficilis·quod magis p
prie dicit̃ hec caritudo dis·Et hec caristia stie· qō
etiā dicit̃ festi? & gratiosi? dies·& etiā suauitas &
dulcedo & grā · & hec caristia ī eodem sensu sm
hug·Pap̃·etiā dicit·Caristia dies festi? inter ogna
tos Dicit̃ ār caritas quasi cara vnitas·qr nos vnit
caro·vñ apostol? dicit q̃ caritas ē vinculū pfectō
nis·i·pfecte unionis·Signū ār caritatis est gaudē
cū gaudentib?·& flere cū flentib?·Itē excusatō &
opīmtum delicti p̃imi·qr ut dicit petr?· Caritas
opit mltitu dinē peccator·Vnde quādo frat̃ diuul
gat delictū p̃imi·maxīe ubi nō pōt esse correctio
signū est nullius uel pue caritatis ad p̃imū· Qui
do ār libenē opit & excusat·seōm scz deū signū ca
ritatis ē Sz pōt q̃ri an mali siue peccatores sint
diligendi ex caritate. Dico q̃ in malis ē duo consi
derare scz naturā qua homines sunt· & maliciā qui
mali sūt·qr ergo sm naturā suā sūt ad ymaginē dei
& uite diuīe sunt capaces· iō sm naturā suā sunt
ex caritate diligēdi· Malicia ār ipor cōtraria diui
ne uite·& iō ipa ī eis odienda est·unde aug? dicit
Sic diligendi sunt homines ut eor nō diligār error
Sciendū tn̄ q̃ ī pctōrib?·q̃diu sūt ī hac uita sunt
adhuc ratōe nate humāe māet possibilitas ad gra
tiā Nō ār in dānatis & demonib?·& iō nō est simi
lis ratō de pctōrib? & dānatis·unde patz q̃ dam
nati nō sūt diligēdi ex caritate·licz pctōres in hac
uita ex caritate diligi dēant·nec etiā p̃ dānatis est
orādum·Et q̃ dicit̃·Diligite inimicos uros·& bñ
facite his q̃ oderunt uos·& orate p̃ psequntibus &
calūniātib? uos·Intelligit̃ donec sunt ī uita ista ī
qua orōes nostre eis p̃desse possūt·unde dicit gre
gori? moraliū·xxxmj·Orant sancti p̃ inimicis suis·
eo tēpore quo possunt ad fructuosā pniam eorum
corda conuertē·atq̃ ipā cōuersione saluare·vide ī di
lectō & in zel? & ī scādalū & ī pfectō & inimic?
Itē ad quid ualeāt bona opa extra caritatē facta ha
bes ī op?·uide etiā ī p̃ceptū·Item q̃ caritas ē por-
ta paradisi habes ī rōphea·Itez uide ī uita· Nota
hic q̃ opa bona ī caritate facta etiā si trāseāt actu
manent tn̄ q̃tū ad meritū ī dei acceptatōe Et secū
dū hoc q̃ sic manent habent efficaciā q̃tū ī ipis est
Inducendi facientez ad uitā eternā·& sic dicunt̃ uiua
remanē·sz q̃ effectū ī pctōrem nō habent est p ac
cidens p̃ter pctm̄ quod facit pctōrem īdispositū
ad p̃cipiendū effectū p̃cedentiū meritor·Nō ār q̃
ab ipis opib? aliq̃d demaē·cū ī suo fuerī efficaciā p̃
dictā obtinuerint hoc ipo q̃ ex caritate sūt elicita·
qd eis seq̃ns pctm̄ auferze non potest·Et iō remo
ta indispōne a pctōre p̃ pniam·opa illa p̃cedentia
effectū suū·in ipo itez habere incipiūt·et secūdū
hoc uiuificari dicunt̃·Nō ergo opa p̃ius uiua mo
riunt̃ ī se·sz moriūt̃ p̃ accidens quo ad ipm effectū
et iō remoto illo accidente uiuificari dicunt̃ ·si aūt
p̃dict? peccator moriaē in peccato mortali ·tunc
bona p̃cedentia nō psūt sibi ad meritū uite eterne
psunt tamen iustis et pseuerātib? in pnia· et etiā
btis·Vnde in apoc·ca·iii·Tene quod habes· ut ne
mo accipiat coronā tuā·Quod dupliciter? modis pōt
intelligi·si·n·intelligaē de corona pntis iusticie di
cit̃ coronā ei? ali? accipe·duz opa ipius in caritate
facta q̃ sibi et aliis p̃derāt·secundū q̃ spūs carita
tis facit omunia merita sāctor·ipo peccante sibi p̃
desse desinūt ad meritū uite eterne·cor tamen fru
ctus in illis manet qui in grā pseuerāt· Nō tamē

ita q̄ eadem nūo grā q̄ est in uno· ipo peccante in
altero fiat· Similit etiā exponiē si intelligaē de co-
rona future glorie· qz sancti i patria existētes gau
dēt de oīb⁹ meritis sāctoz q̄ i mūdo sūt· vnde ali
quo peccāte cui⁹ multa merita p̄cesserūt gaudiuz
illoz meritoz meēnū manebit i btis quod ipe pec
cādo amisit· & nō ita q̄ gloria q̄ p̄destiata est vni
alteri deē· Opa vero q̄ fiunt in mortali mortua sūt
& iō adueniēte pnīa illa bona nō reuiuiscūt Vnde
vers⁹· Illa reuiuiscūt q̄ mortificata fuerunt· Viuē
nō possūt q̄ mortua nata fuerūt ¶ An pnīa possit
iterari hēs i pnīa ¶ Vtz inuidēs fratri· & ide dolēs
possit esse in caritate· reqre in inuideo

Caritudo dis in caritas exponitur

Carmel⁹ q̄ hebraice cbermel dr· mons ē in ofinio
palestine atqz fenicis· sz nō ille ō quo nabal carme
lus· Ille· n· mons ē galilee in tra p̄missionis

Carmē mis diciē a carmētis dea carminū· vel dici
tur carmē q̄si carēs mente· qz illi q̄ illud canebant
mēte carē credebanē· Vel diciē a carpo pis· qz car
pti p̄nūcieē· & diciē carmē quidq̄d pedib⁹ ptineē
Carmē etiā diciē scriptū de aliquo delectabili cuz
metro ut in boetio· Carmina q̄ quondā studio flo-
rēti pegi· Carmē etiā diciē q̄libz cātus cum metro
Vñ liber odarū intitulaē liber carminū· i· cātuū· qz
q̄libz eius distinctō cātabilis ē· Vñ carmineus nea
neum ad carmē ptinens

Carmētis is fe· gnis dea carminū fuit mater euā
dri· & dicitur a carpo pis

Carmino nas vel carminoz naris· i· carmina facē·
& diciē a carmē mis· Et etiā ad lanā ptinet· vt car
minare lanā· quasi carpe vel purgare·

Carnalis in caro est

Carnariū nazi loc⁹ vbi carnes reponūē· & diciē
Carneus nea neū in caro vide ¶ a carne

Carnicula le dimi· pua caro

Carnifex cis p̄is gnis· i· homicida vel macellator·
& diciē a carnifico cas· & cor· fi· sz̄m hug· Pap· ve
ro dicit· Carnifex dicitur qz carnē faciat·

Carnificina ne pd· pnlē· fe· gnis· i· macellū· & di
ciē a carnifex· Vñ aug⁹· in quodā sermone stepha
ni· Carnificinā itaq̄z sui furoris iude⁹ exercuit· sed
ouē suā dauid noster de ore frentis excussit

Carnificiū ficii officiū vel actus carnificis· & dr
Carnifico as pnlē· cor· i· facē carnes ¶ a carnifex
uel interficere vel lacerare & opōiē a caro & facio
& poniē carnifico cū ex· & dicitur excarnifico as
id est· dilacerare vel cruciare

Carnulētus ta tū poniē a caro & lētos quod est
plenū· & ē carnulētus plen⁹ carnib⁹· s· pinguis &
crass⁹· & opaē carnulēt⁹ tior tissi⁹· vñ carnulente
ius tissime aduerbiū· Vñ hec carnulētia tie· i· crāssi
tudo ¶ a creos vel a creo as· vel dr caro· qz cara ē· Et ē caro ex q̄ttuor elem̄
tis posita & opacta· Nā terra i carne ē· aer i hali
tu· humor in sāgume· ignis i caloze vitali· Et dicit
p̄prie caro q̄ viuit· i dē & corp⁹· Corp⁹ quod nō vi
uit· idem nō caro· Sed iam laxius vtimur isto vo
cabulo caro· Item p̄prie caro in singulari humana·
Carnes in plurali q̄libz alie· porcine· pecorine· vel
alie· vnde carneus nea neum quod ē ex carne ul' pi
guis· & carnos⁹ sa sum· i· crass⁹· & opaē carnos⁹
tior sissi⁹· Vñ carnose sius sissime aduer· vñ hec car
nositas atis· i· crassitudo· Itē a caro ris & hec carna
lis & hoc le· i· carneū vel q̄ seq̄ē fragilitatem carnis
q̄si fragile uel quod ptinet ad carnē· vñ carnaliter
aduerbiū· & hec carnalitas tatis· Et hēt p̄ maz hic
uem caro· sz carus ra rum p̄mā producit· vñ quidaz
Vilis sepe caro· mea fit p munere caro ¶ Et sciaz
q̄ apostol⁹ cū dicit· Caro & sāguis regnū dei nō
possidebunt· q̄ carnis & sāguis nomie nō substan
tiā veri corpis· sz corruptōz mortalitatis signat· si
cut ipe cōsequēter exposuit dicēs· Nec corruptō i
corruptelam possidebit· qđ· n· dixerat· Caro & san
guis dicit corruptōz· & qđ dixerat regnū dei· nūc
dicit incorruptelā· Aliter nāqz sm gregoriū Caro
i scripeura sacra iuxta naturā· aliter iuxta culpam
aliter iuxta corruptōz mortalitatis q̄ ex culpa con
tigit appellaē· Iuxta naturā qdē cū dicit i geñ· Hoc
nunc os ex ossibus meis· & caro de carne mea· &
verbū caro factū est & hītabit i nobis Iuxta uero
culpā cū diciē· Caro cōcupiscit aduers⁹ spm̄ & spi
ritu⁹ aduers⁹ carnē· Iuxta corruptibilitatē āt cū di
ciē p̄ pphetā· Et rememorat⁹ est qz caro sunt· id ē
fragiles & moribundi· vnde & recte subdiē· Spi
ritu⁹ vadens & nō rediēs· Regnū itaq̄z dei caro nō
possidebit· i· caro iuxta culpā vel mortalitatē· & ta
men caro iuxta naturā regnū dei possidebit· Vide

Carol⁹ li p̄nlē· cor· rex francie fuit ¶ im homo

Carpentari⁹ rii qui facit vel qui ducit carpētū· di
ciē tamen gñaliter o mis artifex lignarius carpēta
rius· & diciē a carpentū ti· Et a carpētari⁹ hic car
pentariolus li diminutm

Carpentū ti· A carpo pis diciē h° carpentum ti
quoddā genus curruū· q̄ āt diciē carpentū q̄si car
r⁹ pōpatic⁹· qz i pōpis solz hri· poti⁹ videē ethi· q̄

Carpo pis p̄si ptū carpe ver ¶ cōpōnis ostensio
bum actm· i· reprehendere· diminuere· incidere· dissi
pare· p̄pare· purgare· auferre· Vnde quidā· Carpit
diminuit· capit· aufert· & reprehendit· Carpo ponī
tur discerpo pis· Decerpo pis· Excerpo pis· & ab
istis oīb⁹ verbalia· & sūt actia siē & pmitm

Carpobalsamū· Balsamū cōponiē cuz carpos vel
xiros· quoz vtrāq̄z iterp̄taē fruct⁹· & diciē h° car
pobalsamū mi vel h° xirobalsamū mi· i· fructus si
ue semē balsami· vel liquor qui fit ex ei⁹ fructu si
ue semine

Carpofor⁹· A carpos quod est fruct⁹ uel semen
& foros quod est ferre· cōponiē hic carpoforus ri
quidā de⁹ paganoz qui leie iterp̄taē fructifer uel

Carporo ras· i· sauciare· ferire· & diciē vberti⁹
a carpos· quod magis videē derivari a carpo pis

Carpos grece· latine fructus vel semen

Carptim aduerbiū· i· sparsim· distinctim· diuisim
carpendo eligenter· & dicitur a carpo pis

Carena· & publica pnīa· & q̄dragena vnuz sunt
Qui igiē istā pnīam facit quadragica dieb⁹ non in
trat eccīam· & lanea veste idut⁹ ab escis & potib⁹
qui interdicti sūt· a choro gladio & equitatu illos
supradictos dies abstinet· In tercia aūt & q̄rta fe
ria & sabbato aliquo genere leguminū ac oleribus
pomis uel piris uel piscibus cuz modica ecclesia
vtaē tempate· Hec omīa p̄bāē extra de homicidiis

Carruca· A carrio ris· quod est diuido diciē hec
carruca e· qz currendo diuidat terrā· Esa· xlvi· Et
adducent omēs frēs vrōs zē· & in lecticis et i mu
lis et in carrucis· Itē a carrio ris diciē hic carr⁹ ri·
eadē ratōe· Quidā tam dicunt q̄ carrus dicatur a
cardine rotaz sz̄m hug· Pap· vero dicit· Carr⁹ ri a
cardine rotaz q̄ttuor vel quod curzēdo sonz· vel

Carr⁹ ri sz̄m hug· mas· gnis· Sz̄m Pap ¶ q̄i curr⁹
hoc carr⁹ ri· Vide i carruca genus est vehiculi

Carta te· A careo res· qz caret pilis et carnibus·
vnde hec cartula p̄nlē· cor· dimi· et hic cartularius

qui cartas facit et ꝑpat

Cartago ginis·A carta et ago agis cõponit̃ hec cartago gis q̃dã ciuitas · qz fuit circundata corio bouis·Vñ hic & hec cartagimẽsis.& hº se.Et adiectiõe etiã declinat̃ ħ & hec cartagimẽsis & hoc se & ꝑd·ta·& põt scribi ꝑ k Et scias q cartagimensis formam̃ ab hoc gtõ cartagis·remota s·& addita ensis. Vnde patz q hẽt i·ī añpnlt̃ sillaba·vt pistoris pistoriẽsis·Sic oñdi ī tercia ꝑte vbi egi de ꝺnotatiuis desinẽtib9 ī ensis.Multi tam̃ superabundant i·i ꝓnunciatõe cã eu phonie·& dicũt cartagimẽsis

Cartallũ li canistꝛ.cophin9 vel Vide ī feniceõ vas quo mortui efferunt̃·Hiere·vi Cõuerte manũ tuã q̃si vindemiator ad cartallũ·sz hic melius scribitur ꝑ q sicut i suo loco dicet̃ sm hug·Scõm papdicit̃ hic cartallus mas·gnis·Vñ sic dicit Cartall9 id est·cophinus vel canistrum

Cartallus grece fiscella latine

Cartilago·A careo dicit̃ cartilago gis·i·naris·vel auris·ul' alteri9 rei ossea teneritudo & sine medulla·quod gen9 auricule & nariũ discrimina & costaꝛ extremitates hẽnt·& dicit̃ sic· qz leui attritu carz doloꝛe dũ plectit̃·& vt dicit Pap̃·Cartilago ossis spẽm habz·fortitudinẽ nõ habz sicut discrimẽ nariũ & auricule·Iob·xl·Cartilago illi9 ꝛc̃·& ꝑd·pnlt̃·Vñ alexander Cartilago rigz eadẽ mage carne rigescit.

Caruncula le dimi·pua caro·sm hug·& Pap̃

Carus·A caris quod est grã dicit̃ car9 ra rũ ī duab9 sigficatõibus·Carũ dilectũ·Carum cuius em ptõ ẽ difficilis·& opat̃ car9 rior rissi9·Vñ care ri9 rissime aduer·& ꝑd·ca·sz caro nis p̃mam corripit

Casa se fe·gnis pua dõ9·& ꝺz a cad9 di sm hug· Sapie xi·Et ī locis desertis fixerũt casas·Vel sm Pap̃·Casa est agreste bitaculũ palis virgultis arũdinib9qz ꝓtextũ qb9 pñt tueri a vi frigoris l' caloris

Casdei·in chaldei vide

Caseol9 li dimi·puus caseus

Case9 sei dicit̃ a cado dis·qz facile cadat & cedat vel dicit̃ a careo·qz sepe caret·q̃si carens·& ꝑdu·ca·Vñ quidã·Caseus anguilla mortis cibus ille ul' illa·Ni bibas & rebibas & rebibendo bibas

Casia·A cado dis dicit̃ hec casia sie q̃dã herba·c9 flos cito cadit·Vñ casia flos illi9 vel liquor ide fact9·& scribi dẽt ꝑ vnũ s·Vñ ī psalmo Mirra gutta & casia·Et ī iob vltio ꝑ e9 scõa filia· corripit·nca·Vnde plius ī vltima satira · Hec sibi corrupto casiã dissoluit oliuo·Itẽ Qui·xv·metha·Qui simulas casias & nardi lenis aristas·Itẽ in auroꝛa de se cũda filia iob dicit̃·Que redolet casia germana se cũda vocat̃ Et ponit̃ int̃ spẽs arõaticas ab ysidoro

Casleu·nouẽber·mẽsis q̃ ẽ non9·& accẽtuat̃ ī fie·

Casma matis gnis neu·i·poꝛtic9 aeris vel fulgurethere·Et ẽ grecũ·ltie dicit̃ fulgetra·vnde casmatisso tissis tissẽ verbũ excepte actõis soli deo conueniens sm hug·Pap·ũo dicit·Casma hiat9 terze

Casmatisso tissis in casma est dũ rũpit̃ ẽra

Casoma me acus mulieris q̃ mulier caput scalpit a cado dis dicta eo ꝙ cadere faciat immunda·

Cassabund9 da dũ·id est·cassus frustratus· & dicitur a cassus quod est vanus

Cassari9 rii·i·retiari9 a cassis dicit̃ q̃ retia facit·

Cassicula le a cassis dicit̃ hec cassicula le puũ rete quod & cassilis dicitur· vel dicitur cassilis a careo qz careat soliditate in fozaminibus

Cassida in cassis vide·

Cassidilis dilis se·gnis·& hoc cassidile lis neutꝛi gnis dicit̃ saccul9·pera·sarapiũ·sicatiũ·marsupiũ mocul9·locul9·crumena·sm hug·Pap̃·etiã dicit· Cassidilis pera pastoralis·& ꝑdu.penlt̃·Tobias· Cassidili profert · ancillare iecur ·'& corripit pe nulti·hic·sz hoc accidit cã metꝛi·Quidã tam̃ legũt ibi cassiduli p u·ī thobia vnj·ca·vbi dicit̃·Protulit de cassiduli suo ptẽ iecoris·& ita inuenit̃ ī antiqs bibliis·& hoc vult hug·& pap̃·Quedã tam̃ biblie noue habent de cassidili suo et coꝛ·pnlt̃·et declinat̃ cassidilis lis·Quidã legũt ibi cassidili suo declinãtes cassile lidis & coꝛ·pnlt̃ siue li.Quidã etiã dicũt q̃ cassidile dicit̃ pera aucupis ī modum reticuli facta·ī qua põit aues q̃s ī casse·i·im reti capit·Et dicit̃ cassidile·qz quidquid capit̃ ī casse sedz iclusũ ī cassidilib9 vel dicit̃ q̃si cassis sedile qz breue est ut sedile·i·fundus cassis·& simili mõ reticulatum

Cassilis lis·in cassicula vide

Cassis·A caput dicit̃ hec cassis dis·i·galea·quia caput tegat·& ẽ de ferꝛo·& ẽ ꝓprie milituz· Galea vero de corio est·dicta a galeon quod est conũ·& est peditũ·Et facit cassis actm̃ cassidẽ vel cassida vnde & sumit̃ hec cassida de idẽ quod cassis·vel dicit̃ cassis a careo·qz mel9 sit manis & cassa·Reguz i·libꝛo ca·xvii·Cassis erea sup caput eius

Cassis sis mas·gnis·i·rete·& vt dicit ysidoꝛus ꝓprie est gen9 venatorie retis·& dicit̃ a capio·quia capiat·vel dicit̃ a caro qz careat soliditate in foramibus·Dicit̃ & hic cassis dis pro helmo · vnde ũsus·Fallit aues cassis·munit caput enea cassis · Si cassis cassis dicas signat tibi rete·Sz galeam signo cum cassis cassidis aio

Casso sas sani sare·i · frangere · destruere annihilare · vanũ facẽ·Et est actm̃ · & deriuat̃ a cass9 assus a um dicit̃ a careo res·qz hẽt p Unomie teritũ carui·& ꝑ suppletõem cassus sũ· Et nota·q cass9·id est priuatus ꝓcipium ẽ·cassus uero·id ẽ vanus nomen est·Inde cassabundus da dum

Castanea nee fe·gnis tã ꝑ arboꝛe q̃ ꝑ fructu·& dicit̃ a castro stras · qz eius fruct9 ī modũ testiculoꝛ gemmus intra folliculũ recõdit9 reijcit̃ q̃si ca

Castellanus·A castrum dicit̃ castellan9 str.e9· na num·qui inhabitat castrum·& hic castellarius·rii dominus castri·vel qui p̃est castris

Castellũ li a castꝛ dicit̃ hoc castelluz li· & hoc castellulũ li ambo dimi·castellũ etiã dicit̃ cõductus uel receptaculũ aq̃·vel uas ad aquã recipiendã·& videt̃ sic dici·qz ad modũ castri sit dispositũ

Casteriũ sterii locus ubi remi collocãt̃· & dicit̃ a castro uel a castris

Castifer ra rum penlt̃·coꝛ·qui flagella poꝛtat ut castiget·a cast9 & fero fers

Castigo gas dicit̃ a cast9·& est uerbũ actm̃·Et ẽ castigare castũ facẽ uel coꝛrigẽ·uel cõmouere·vñ ī psalmo·Castigãs castigauit me domin9·Qz aũt dicit̃ castigare quasi castum facere uel agere potius uidetur ethi·q̃ opositõ·et ꝑducit sti

Castionia a cast9 dicit̃ hec castionia nie·i·castitas

Castoꝛ storis mas·gnis quoddã animal est sic dictum a castro stras qz cuz sentit ueuatoꝛes se seq̃ntes seip̃m castꝛat ut euadere possit · sciens se fugari ꝓpter testiculos. Testiculi em̃ ei9 apti sunt medicamibus·Idem et fibeꝛ fibꝛi et beuer et canis põtic9 dicit̃ sm hug·Ysid·etiaz in xii·libꝛo ethi· cade bestiis dicit·q eũ p̃senserit uenatoꝛẽ se castrat et moꝛsibus virilia sua amputat· Et phisiolog9 etiam hoc dicit·Quidã tamen opinant̃ hoc falsum eẽ dicentes q castoꝛ nõ est tãte discretõis q̃ sciret se

liberare taliter·et hoc quotidie patet in castoribꝫ· qui in diuersis locis inueniunt· vnde quod dictuz est de castratõe castoris·nõ de castoribꝫ q̃ fibã di cunt · ſz de q̃busdã aliis aialibꝫ castoribꝫ assimilã tibꝫ ĩ testiculis ẽ forsitan intelligendũ ¶ Est aũt castor animal mirabile & mõstruosũ· viuit ĩ terra & ĩ aqua·natat ĩ aq̃ vt pisces· ĩ terra ambulat si cut alia aialia·Cauda ei? ĩ oĩbus naturã pisces hẽt & sapit·habz em squamas & spinas quãdmo dum piscis·reliquũ corp? carneũ est naturã hñs q̃drupedis aialis·& nõ ꝑmedie ĩ iciuniis· Cauda vero eius ꝑmedie ĩ iciuniis·Est aũt castor ĩ magni tudine admodũ pui canis·hñs pedes q̃si canipes a pte posteriori cuz q̃bus ꝓncipaliter ambulat · A pte vero anteriori habz pedes q̃si anserinos cũ q̃bꝫ ꝓcipaliter ĩ aquis natat· Dentes hẽt acutissimos pellẽ ꝓciosam·Itẽ inuenit castor oris ꝑ quodaz si gno celesti· Vnde dicit papi·Castor & pollux apũd paganos dii sunt habiti·quos etiã inter sidera fixe runt·quod signũ dicit gemi·Itẽ ysid·ĩ tercio libro ethi·vbi agit de noĩbus stellaꝝ sic ait·Castorez & pollucẽ post mortem inter sidera notissima ꝓstitue rũt. q̃d signũ gemi dicunt·& cor·plẽ gtĩ castoris to tis ĩ veraq; significatione

Castoreũ·a castor dicit hoc castoreuz rei·i· medi camentum quod fit de testiculis castoris Et adiecti ue declinat castore? rea reũ·vt castorea caro·id ẽ caro castoris vel de castore existens

Castra sũt vbi milites steterunt dicta q̃i casta·ul' q̃ ibi castret libido.Castꝝ vero singulariter opidũ ſzm papi·Hug· vero dicit·Castꝝ tri dicit a castro as·q̃ castretur licẽtia ibi ibitantiũ ne passim vagari liceat·& pateãt hostibꝫ·Eadẽ ratõe dicunt & ca stra ĩ expeditõe tm̃ ĩ plurali nũo· vel q̃ ibi tanq̃ casti dẽnt esse·luxuria em̃ vires eneruat·Vel dicit castꝝ q̃ ĩ alto loco ẽ situm·quasi casa alta·

Castrametor taris·i·diuidẽ vel ponẽ vel mutare castra·vt Castrametati sunt filii israhel·id ẽ·posu erunt castra vel mutauerunt·& ẽ opositũ a castra & metor taris·quod dicitur a metior vel muto tas ſzm hug··Q̃ñq; ãt inuenit·Castra sũt metati·ita q̃ sunt due dictões·Deu·ꝑmo· Metabunt aũt ca stra filii israhel.& ꝑd·me·castrametor aris·Vnde Lucanꝰ ĩ ꝑmo·Audax hespereos veniã metatur

Castrensis·a castro vel castris dicit ¶ im agros· hic & hec castrensis·& hoc ense· Hec ẽ ſzm papi· ca strensis dignitas vel honor castrorum·

Castrimargia gie·i·ocupiscentia gule· ventris ĩ gluties·a castꝰ ꝑ ꝑterariũ dicit·q̃ nõ facit castos·

Castro tras trani verbũ actm̃ · & dicit gallꝰ ca stratꝰ·quãdo ei amputati sunt testiculi·& ĩde ver

Castꝝ tri ĩ castra exponit ¶ balia·

Castꝰ ta tũ dicit a castro as· Vnde dicit Papi·& hug· Castus olim ꝑmo a castratõe dictꝰ· Ꝑcea placuit veteribꝫ etiã eos sic nominari qui ꝑpetuã libi dis abstinentiã pollicent·Et ꝑpe castꝰ tior tissimꝰ Vñ caste tius tissime aduerbiũ·& hec castitas atis Et ẽ castitas ꝑprie corpis incorruptio·Sz ꝓmẽtia ẽ pꝰ corruptõem luxui abrenũciatio· Dicit tm̃ cõtinẽs nõ solũ in castitate· sed etiam ĩ cibo & potu & ira·& ocitu & in aliis Quidã castitatẽ in ꝓugiis spualibꝫ· cõtinentiã in virgĩbus intelligũt·Illa aũt ẽ vera castitas q̃ nec mẽte polluitur·Cõsuenit etiã a quibusdaz distingui triplex castitas· Est nã q; castitas virgĩalis mrimonialis & vidualis·& in qualibz istarũ homo fidelis saluari põt·

Casula le di·pua casa·Casula eꝰ dicit vulgo plãe ta ꝑsbiteri·q; istar pue case totũ hominẽ tegit

Casus sus sui dicit a cado dis· Et a casus hic & hec casualis & hoc le·Et inde casualiter aduerbiũ se cundũ hug·Papi·vero sic dicit·Casus a cadẽdo dictus·ꝑ eos em̃ inflexa nomina variãtur·& cadũt tã sensu q̃ lrã·¶ De casu accidẽte noĩs supra req̃ re ĩ tercia pte vbi egi de cãu noĩs·Casus diuersa significat·Nã casus ẽ lapsus·ruina·fortuna·eucꝰ?· omen·piculũ Casus ãt vel fortũa sũt cãe ꝑ accidẽs rari? euentiũ·ĩ his reb? q̃ ꝓpter aliq̃d aliud fiũt Vt qui cã vidẽdi amicũ exiuit·lapide sua grauitate cadenti ẽ pcuss?·Vel vt dicit boeti? in v·de ꝑsola tõe·Casus ẽ mopinatus euent? ex cõfluẽtib? cãis in his q̃ ob aliq̃d aliud gerunt· sic & cũ vn? abscõdit aurꝫ & alter effodiẽs terrã ob aliud idẽ inuenit hº igit fortuitu credit accidisse·sz ñ de nihilo·Nã ꝓprias hẽt cãs q̃ posuit pri? & p? qui effodit· Dicit em̃ boetius in q̃rto de cõsolatõe notabile verbũ Quãuis cãz tãte dispõis ignores·tñ quoniã bon? mundũ rector tẽpat·recte fieri cuncta ne dubites·Nã vt dicit in iob·Nihil ĩ terra sine cã·Aristoteles ãt·ii·phicoꝝ dicit · Casꝰ ẽ cã agens ꝑter intẽtõez·Et iõ q̃ casualia sunt·simplicit loquẽdo non sunt intenta nec voluntaria· Et q; oĩe peccatũ ẽ voluntariũ secũdũ augustinũ·ꝓueniẽs ẽ ꝙ casualia inq̃tũ huiõi nõ sint peccata·Cõtingit tñ io vt q̃ nõ ẽ actu ꝑ se volitũ uel intentũ·ꝑ accidens sit volitũ & intentũ·secundũ ꝙ cã ꝑ accidẽs dicit rmouens ꝓhibens·Vñ ille qui non remouz ea ex quib? sequit homicidiũ si dẽat remouere · erit quodãmõ homicidiũ voluntariũ Hº ãt ctingit duplicit·vno mõ quãdo dãs opaz rebus illicitis q̃s vicare dẽbat· hõicidiũ incurrit·Alio mõ quãdo non adhibz debitã solicitudinẽ·Et iõ ſzm iura·si aliquis det opam rei licite debitã diligentiã adhibens·& exhº homicidiũ sequit non incurrit homicidii reatũ· Si vero det opam rei illicite.uel etiã dãs opam rei licite·nõ adhibens diligentiã debitã nõ euadit homicidii reatũ·si ex ope eius mors hois seq̃tur · Vñ ĩ quarto ca·gen·& ĩ historiis legit·q̃ lamech credẽs interficẽ bestiã iterfecit hominẽ·s·chain·& reputatum ẽ ei ad hõicidiũ·q; uidelicz lamech nõ adhibuit sufficientẽ diligentiã ad homicidiũ uitandũ·& iõ reatũ homicidii nõ euasit Nota b ꝙ sit dicit ĩ historiis·Lamech secundũ iosephuz res diuinas scies·sapiẽter uidens chayn ꝓnĩ pene subiacẽ·sibi uero deberi maiorẽ penaz·ꝓdixit hoc mulieribus suis sic· Quoniã occidi virꝫ ĩ vuln? meuz· & adolescentez ĩ liuorẽ meuz·septuplũ dabit vltio de chayn· de lamech vero septuagiessepties Lamech uir sagittarius diu uiuendo caliginem oculoꝝ icurrit·qui hẽns adolescentẽ ducem dum exercerz uenatõem ꝑ delectatõe tãtum & usu pelliũ·q; non erat usꝰ carnium ante diluuiũ·casu iterfecit chayn ĩt frutecta· extimãs ferã·quem q; ad indiciũ iuuenis ductoris sui dirigens sagittã iterfecit · iratꝰ illi cũ arcu verberauit eum usq; ad mortez iclusiue·Occidit ergo chayn ĩ uulnere·adolescentẽ ductorem suuz ĩ liuore uulneris·Vel utꝝ occiderat ĩ uuln? & in liuorem suum·i·ĩ damnatõem suã·Et iõ cum peccatus chayn esset punitum septupluz.suum punitum est septuagesiessepties·i·septuagintaseptẽ aie q̃ egresse sunt de lamech in diluuio pierunt · Vel hec numero maioritatem tantum pene notat· Hebre? uero dicit·Mulieres sue male sepe tractabant eum· Vnde ipse iratꝰ dicebat eis se pati hoc ꝑ duplici hõicidio quod fecerat·tam̃ terrebat eas subdendo

penas·quasi dicat·cur uultis me occidere · grauiꝰ
puniꝛ̃ q me interficiet q̄ q̄ chayn Itē scias q̄ do
minꝰ dixit ad chayn·Maledictꝰ eris sup terrā·va
gus & pfugꝰ·merito iste maledicaꝛ̃ nō adā· qꝛ sci=
ens iste penā p̄me p̄uaricatōis fratricidiū addidit·
Timēs ergo chayn ne vel bestie euꝫ deuorarent si
egrederet̄ ab hoibus·vel si maneret cū eis p̄ pecca
to suo occiderēt eum·dānās se & despans ait Ma
iorꝫ ē iniq̄tas mea q̄ ut veniā merear·i·q̄ id quo ve
niā merear·q̄si dicat· Maiorꝫ ē iniquitas mea omni
merito meo·vel misericordia deꝰ·qꝛ oīs qui īuene=
rit me occidꝫ me·Ex timore hō dixit· vel optando
hoc dixit·q̄si dicēt·Vtinam occidat me·Dixitqꝫ ei
dñs. Nequaq̄ fiet ita·nō ito·s·morieris· sꝫ omnis
qui occidit chayn ipē liberabit eū a miseria & labo
re·Et tūc addiꝛ̃ īpsonaliꝛ̃·Septuplū puniet̄·id ē·
punitō fiet de chayn·dū viuet in pēa vsqꝫ ad lāech
septimū·Cui osonat trāslatō septuagīta interp̄tuꝫ·
Oīs qui occidit chayn septē gn̄atōes exoluet·q̄si
dicēt·punitō fiet de te p̄ septē gn̄atōes·Lamech·n
qui septimꝰ fuit ab adā·s·in septīa gn̄atōe interfe
cit eū·Tradunt quidā penā eiꝰ durasse vsqꝫ ad se:
ptimā gn̄atōꝫ·qꝛ septē peccata omisit·Nō recte di
uisit·fratri īuidit·dolose egit·vocās ī agꝝ occidit·
p̄cacit̄ negauit·despauit· nec dānatus p̄niaꝫ egit·
vl'sic·Qui occideriꝫ chayn septuplū puniet̄·i· plꝰ
q̄ ipe chayn p̄ phibitōe hōicidii q̄ nōdū facta fu:
erit ipi chayn·Itē scias q̄ lamech prīo mouxit bi=

Cata ppositō greca ē·& q̄nq̄ tm̄ valꝫ gamiā·
q̄tū trās·vt catagrapho·i·transscribo· Quādoq̄
q̄ntū p̄·vt Cata antifrasiꝫ·i·p̄ antifrasim·Quādo:
q̄ tm̄ quātū sup̄ vel iuxta·vt Cata matheū·i·iux
ta uel sup̄ matheū·Et pōit̄ p̄ breui etiā· vt ī catha

Catacarisia sic·i·ancilla sup̄ alias dolosa logus
& fallax·& cōpōit̄ a cata q̄ ē sup̄·& carisia

Catacliſmꝰ mi mas·ge·i·diluuiū a cata q̄ ē p̄·&
cliā·q̄si diluuiū p̄ diūsa cliata·i·mūdi ptes disp̄sū·
Ecc̄·xxxix·Et q̄m̄ catacliſmꝰ aridā mebriauit

Catacresis·vel catacrisis secundū quos dā ē spe
cies tropi·de qua supra dixi in quarta parte ī capi
tulo de tropo

Catafronicꝰ·i·cōtūax·cōtēptor supbus

Cathagn̄pho phas plē cor·i·ēnscribo·vide ī ḡphos

Cataleticꝰ ca cuꝫ pnlē cor·cui nihil supabundat·
Vñ ille versꝰ dicit̄ cataleticꝰ·ī quo nihil ō metro
supest·& cōponit̄ cū a vel yp·quod ē sup·& dicit̄
Acataleticꝰ ca cū·& Ypcaleticꝰ ca cuꝫ·Ille āt uer
sus est acataleticus·ad cuiꝰ p̄fectōeꝫ deest vna sil
laba·idē dicit̄ & claudus·Ypcataleticꝰ vero ē ille
versus cui supabundat vna sillaba

Catalogꝰ gi·i·enūatō·ordo·series · vel breuis int̄
p̄tatō seu descr̄iptō vel iustoꝝ nūerus· & dicitur
a cata quod est breue & logos quod est sermo uel
ratō·q̄si sermo multa breuiter cōp̄hendēs· vt Om
nes sancti orate p̄ nobis·Catalogꝰ etiā dicūt̄ duo
decī libri vetis testam̄ti·Hieroniꝰ ī p̄logo thobie
Quē hebrei de catalago diuinaꝝ scripturaꝝ sectātes

Catamane·i·iuxta mane·s·diluculo·uel ī ipō ma
ne·& dicit̄ a cata quod est iuxta & mane · & p̄du
cit ma·sic̄ mane aduerꝫ·Vnde quidā·Quolibꝫ a ma
ne fiezi dicas catamane

Cataplasma · Plasma cōponit̄ cū cata quod ē su
p̄a·& dicit̄ hō cataplasma atis·inductō· medicam̄
q̄ sup̄ formā morbi īducit̄· Itē dicit̄ hoc īplastꝝ
emplastꝝ ab en q̄ est im·& plastes q̄ est forma ·

Cataplectatō iterp̄tat̄ cōuiciū·Vñ secundū vnā
trāslatōꝫ dicit̄ obiurgatō·eccl'·xxi·Et p̄t dici cata

plectatō·a cata quod ē iuxta & plecto ctis·q̄ndo
·s·tanta est rixa·q̄ fere plectūt se·i·puniūt & uer
berant·Nostra trā dicit·Obiurgatō & iniurie ānu
labunt substantiā·Sed alia translatō habꝫ cataple
ctatō·ut dicit glosa

Catapuera·docta puella

Catapulta est vas ut dicūt·vel potiꝰ sagitta cū
ferro bipenni·quā sagittā barbatā uocant

Cataracta te·via subterranea q̄ aqua sub terra di
scurrit·Vñ p̄ translatōeꝫ in celo dicunt̄ cataracte ·
nubes uel discursꝰ & meatꝰ pluuiaꝝ uel tonitrua
secū dū hug·Pap̄·etiā dicit·Cataracte celi fenestre
·i·nubes uel tonitrua·& cor·p̄mā·Vñ in pantheō·
Et cataractaꝝ fundit ī orbe faron

Catascopꝰ·Scopin quod est intendē uel specula
ri cōpōit̄ cū cata quod est p̄·& dicit̄ hic catascopꝰ
pi qui & scapha similiter dicit̄·quasi scopa a scopi
·s·nauigiū·quod latīe speculatoriū dicit̄·qꝛ mitta
tur causa indagandi & speculandi Vnde sepe cata
scopus dicit̄ explorator·indagator circulator·iue
stigator·& cor·sco

Catasta ste est pene genus ueculeo simile uel lectꝰ
ferreus

Catatiposis·pōit̄ sub scēate a grecismo de quo su
p̄a ī quarta p̄te dixi ī ca·de colorib' rhetoricis

Categoreuma atis gn̄is neu·i·p̄dicatīm vel sign̄fi
catīm·& dicit̄ a categoro ras·& p̄t·re·

Categoria rie dicit̄ a categoro ras·& acuit pnlē·
& ē categoria p̄dicamentū uel p̄dicatō uel signifi
catō·Vñ & p̄dicamenta aristotelis dicunt̄ catego
rie·Cathegorie etiā dicunt̄ accusatōes

Categoro ras uerbū actiuū·i·signare uel p̄dica
re·& dicit̄ cōpositū a cata & gore quod est dicere
Vñ categorizo zas in eodē sensu

Cateia·Telū dicit̄ līgua pfaꝝ uel gallorꝝ·& ut di
cunt lancea uel hasta Vel vt quidā volunt·Cateia
līgua pfaꝝ ē sagitta barbulata·siue hasta qua ute
bat hercules·Erat āt cū ligulis catenaꝝ·& quan
do euꝫ p̄ijciebat·itez cuꝫ catenula retrahebat·Vir
gilī'·Solitī torquē cateias·Quidā libri ī donato ī
capitulo de barbarismo habēt catela·i·iaculuꝫ lon
guꝫ quod cuꝫ catena p̄ijciē·& dicit̄ a catēa & telō
quod est lōgū·Si āt dicaꝛ̃ cateia pnlē cor·cū p̄du
caꝛ̃ fit barbarolexis ex subt̄ctē tpis

Catella le dimi pua catena vnde & catelle dicunt̄
catenule & circuli colli muicē se cōp̄hendentes in
modū catene·Itez catella le di·pua cata· & descen
dit a catellꝰ·Inuenit̄ etiā catela p̄ vnū l·id est iacu
lum lōgum·ut dixi in cateia sup̄ īmediate

Catellꝰ·A catulꝰ dicit̄ hic catellꝰ li· vñ hic catel
lulꝰ li di·Math·xv· Nā & catelli edunt de micis ·
& a catellus hec catella le·& a catellulus hec catel
lula catellule

Catena ne dicit̄ a capio is·qꝛ capiendo teneat· uel
qꝛ capiendo teneaꝛ̃ pluribꝰ mōis·& est ethi nō cō
positō sicut & illud Catena quasi captiuos tenens

Cateno nas·i·catenis ligare a catena dicit̄ · & cō
ponit̄ Cōcateno nas Incateno nas·& suut actiua
& carent aspiratōe & p̄oducunt te

Catenula le di·pua catena

Caterua ue hoīm multitudo· & deriuari videtur
a cata quod est iuxta

Cateruarius ria riū q̄ est caterue· uel quod spe
ctat ad cateruam·Cateruariꝰ etiam dicit̄ qui semp
in caterua est·i·ī multitudine populi

Catuatī aduerꝫ·i·multiplicit̄ uel gregatī·uel p̄ ca
teruas uel de caterua ī cateruā & dicit̄ a caterua

Catecumi? ni pnlē cor·inēptaē instruct? vel au dīēs·qz doctrinā fidei audiat· nec dū tñ baptismū pcepit·Et dicīē a catezizo zas ī catesis est

Cathedza dre grecū est·i·excelsa sedes iudicis uel pſidentis·& opōīē a cathos quod ē sedes & edza spōda q̄si spōdata sedes a quo hic & hec cathedzalis & hoc le·Vñ cathedralīē· cathedzalitas atis· Itē a cathedz a·cathedzat? a um Cathedzate·cathedzaticus ca cū·Cathedzatice secundū hug·Secundū āt quosda cathedza est doctozis·Vñ m grecismo·Rex soliū·doctor cathedzā·iudexqz tribunal· Possidz ac sedē pſul·pretorqz curulē·

Catheristica ce·i·determiacia & cor. pnlē

Cathesis vel catheteſis grece doctrina· vel loc? doctrine dicīē latine·Vñ catheteziso zas uel cathezizo zas·i·ofirmare·instruē·edocē·imbuere· redarguere·obiurgare·refutare·Apostol? ad galathas v·Cōmunicet āt is q̄ cathesizaē verbo ei qui cathezizat·i.instruit in oībus bonis· qz vt dicīē in pma ad cor·Si spualia vobis seīaui? nō magnū ē si carnalia vrā metā?·et a cathezizo uel cathecizo deriuatur hic cathecizeta te·& cathezizeta·id ē·doctor·īstructoz pceptor·& hic cathecismus mi·i·instructō doctrina·& maxīe ī fide Sed pōt queri an cathecismus dirimat mrīmoniū ptractū· ad hoc dico qz p cathecismū baptismi & ofirmatōem cpi cōtrahīē opaternitas·Dīnt tñ ī h°·qz licet p baptismū & ofirmatōz·ptracta cōpaternitas īpediat & dirimat mrīmoniū·Illa tñ q̄ cōtrahīē p baptismi cathecismū adeo est exilis & mualida·qz vix īpediat matrimoniū ptrahendū·nunqz āt dirimit iā cōtractū· Cū em̄ baptism? sit ianua & fundam̄tū oīm sacramēt oz·patet qz cathecismus nō est sacram̄tū·pcedit nāqz baptismū· Itē añ baptismū quis nō est filius ecīe·qz si sic mozereē inēnū ꝓiret quo ad penā dāni·igiē nec spūalis filius·Ergo p cathecismū vel nulla vel quasi nulla contracta est cōpaternitas Vide etiā in cōmater & m frater

Cathecism? mi in catheſis exponiē sup īmediate

Cathezizo zas in catheſis vide

Catholicon mēptaē vniuersale vel ꝯmune·Vnde catholic? ca cū·i·vniūsalis·vt fides catholica secū dū hug·Scōz vero Pap̄·Catholic? rect?·Catholicō eē dz iste liber·sicut dixi in pncipio pzie ptis

Catholicus in catholicon exponitur

Catilio·A catul? dicīē hic catilio cnis·i·gluto ō gulatoz·q̄ q̄dā gulositate ad modū catuli p domos discurzit·Vñ catiliosus sa sū·i·auidus· gulosus·sicut catul? est ad escā secūdū hug·Et secūdū pap̄· Catilio as aui verbū actm̄·i·deglutire uel sonare·

Catillū li di·i·puū catinū sm hug vt catulus·

Catinū ni vas fictile secundū hug·Secundū uero ysi etby·xx·Catinū ē vas vinariū fictile ·quod melius in neu gne dicīē q̄ masclō·sicut & salinū dicitur vas aptū sali·Vnde quidā· Quod capiēs vinū teneat vas dico catinū·Fictile vel luteū faciēs frigē lieū·Et in auroza dicīē·Qui mecū uescīē aic tā gēdo catinuz·Et scias qz licet q̄dā noīa mueniātur autozitate veteꝝ q̄nqz m masge·quādoqz in neu· vt hic punct? hoc punctū·et hic cati? hoc catinū nō tñ dēnt dici incerti gnis·qz masculinū taliū nominū iā cessauit·qz non vtimur nisi neu·gne istoꝝ noīm·Esto tñ qz vteremur his nomibus m vtroqz gne·nō tñ essent dicēda incerti gnis· qz varias terminatōes hēnt secundū diuersa gna quod ī noīb? dubiis non contingit· & ita de stadius & stadium & consimilibus dicas

Cato·A catus dicīē h cato onis· qz astutus fuit ad modū illi? aialis·Vñ catōic? a um·Et h & hec catōista ste q̄ uel q̄ seq̄ē catonē & sectā illi?·Duo āt catones dicunē fuisse ambo amatores virtutis· Maior cēsozin? auuncul? miozis philosophoꝝ pitissi?·Minor nepos ei? rigidus dict? ē & vticēsis q̄ vtice se interfecit Vel cato dz a cat? a um secun

Catt? ti quodā aiāl ingeniosū·scz dū quosdā murileg?·quod alii dicunt gatt? p g·sed corrupte Vnde hec catta e·& dicīē catt? a cat?·q̄si caut? p sincopā eo qp sit caut? ī murib? capiēdis· & scribitur catt? p aiali p geminū t·Baruth v·dicīē·Sup corp? coꝝ & sup caput coꝝ volāt noctue & hirū dines & aues etiā similiē & catte

Catulaster stri di·pu? catul?· vñ hec catulastra

Catull? li p geminū l·fuit q̄dā poeta re Tlastre·ronensis de quo dicit ouidi?·Mātua virgilio gaudz verona catullo·Peligne gētis gloria dicor ego De h° eē facit mentōnē hieroni? ī epistola ad paulinū capitulo vii·& vnj·

Catulus li pnlē cor·est dimi·de cāis·Et sunt catuli ꝓprie filii canuz·Abusiue tamen filii q̄zlibz besti aꝝ dicunē catuli·& inde hec catula le

Catus·Caut? sincopaē & dicīē catus a um·i·cautus secundū hug·Pap̄·vero dicit·Cat? denotatur siue denotātōem assumit a cane·i·doctus·sapiens· acutus ingeniosus·Inde cato onis dicīē

Caucasus mons scithie ab īdia vsqz ad tauꝝ porrect?·p gētiū varietate & liguaꝝ varie dict?·Nā c ī oriēte ī excelsū cōsurgit caucas? dicīē· secundus q ipoꝝ līgua p niue cādid? dicīē secundū pap & cor·pnlē·Vnde q̄dā·Carbasus adbreuias & caucasus est cōes illi Et scias qz vt narrat albert? hic mons est maioz oīb? montibus oriētalib? tendēti bus ad aquilonē·Significatō sup magnitudinē mōtis hui? est qz illi q̄ hītāt sub ipso loco inferiori vident radios solis ī monte isto·i·in cacumine· dōec trāseat tercia ps noctis in sero in occidente·& in mane āte tres horas ort? dieī videt itez ī oriente in ipo radios solis·Vnde ipsi? solis radii nō occultāē nisi p terciā ptē noctis h° ē p q̄ttuoz horas eq̄les secundū qz tota nox diuidīē in duodeci horas· Aliud signū eius magnitudinis est magnitudo fundam̄ti ei? ·Nā latissimū & multas terras occupās· hēt fundam̄tuz·& testes hui? sunt boīes q̄ hītāt sub eo & pcedunt ab eo·qz ibi multaꝝ natōnū & multaꝝ sunt liguaꝝ·Et sub isto mōte caucaso oriunē flumīa magna multaꝝ aquaꝝ·vide in mons

Cauda e dicīē a cado is·qz videē cadē· vñ cauda e? a um q̄ hēt caudā·& ē cauda extrēa ps aiālis

Caudex A cauda dicīē hic caudex cis·i·trunc?·qz ē quasi cauda arboris·quod & cadex dicīē· & tūc deriuaē a cado.quasi casum dās

Caudice nauicule dicte·qz quattuoz vsqz ad decē capiāt boīes secundū pap̄·vide in tbaria

Caudix cis fe·ge·radix que īherz terze · & dicīē a caudex

Cauea·A cauo uas dicīē hec cauea uee locus cō cau?· ubi aues nel alia aālia includuntur · Cauea eē dicīē theatꝝ uel sessio boīm ī circūitu sedēciuz

Caueo ues ui cautum·i·obseruare·videre prospicere·vitare·cā vitādi aliq̄d ad cautelā adhibere·vnde quidā·Vitat & obseruat cautelā datqz cauere · Caueo cōpōīē·Precaueo ues āte uel p alios cauere Et est actm̄ cauco cum oībus suis cōpositis · & cor·ca·Vnde prudentius de sicomachia· Disce supalium deponere disce cauere· Ante pedes foueā

quisquis sublie minaris· & deberet facere supinuz
catum sine u· Nam ut vult pſ· in ix·libro · Cauco
eo in i· mutato facit pteritū caueo caui·& ui in tū
catū dēret esse· Sz facit cautuz· addita u ad dziam
huius nois catus ta tū·sicut faueo ues facit faui.
fautū·ad dziam huius nois fatū·

Caueola le di·pua cauea & coz·pnlē

Cauerna ne·i·spelunca·& dicīē a cauea· Et a caūna dicīē cauernat? ta tū·& cauernosus sa sū·in eo dē sensu·s·pfozat?·pfossus·pscrobatus

Cauernicula le di·pua caūna·& coz·pnlē

Cauernula le di·pua cauerna·& coz·pnlē

Cauilla le· A caueo ues dicīē hec cauilla le·q̄ de ligno inseriē fozamīb? ad modū claui· Vnde cauillo las·i·clauis ifigē·vel ofirmare cauillis· Inuenitur eē cauilla pro rixa·cauillatōe·ptentōe· Sed a caluo caluis tunc descēdit

Cauillo· A caluo uis dicīē cauillo las quod & calliloz laris inueniē·& ē di · & dēret dici caluillo. sed subtrahiē l·& dicīē cauillo las·quod est aliquā tulū decipe· Et ꝓpie ptinet istud verbū maxīe ad sophistas. qui verbū vez scienē ipugnāt · et falsuz scienter affirmāt· Itē cauillare inueniē ꝑ deridere vel ptēnē· vel cōuiciose iocari· vel calumniari·argumītis tergiuersari·caute pscrutari·

Caula le·i· ouile·a greco aula greci eīn vocāt aulas receptacula aīaliū·& inde caula addita c· Caula eē dicīē cācell? āte iudicē· vbi sunt aduocati vel ingress?· Caule eē dicunē muniīta ouiuz

Caulis a coalesco mchoatō verbo dicīē hic caulis lis· Et ē caulis gn̄alīē herbaz vel olez medi? frutex q̄ vulgo tirsus dicīē·qz a tra sursum cōscēdat· Ex quo tractuz ē vt specialīē quoddā genus olez caulis diceree· qz tirs? ipsi? āplius ceteris olerit? coalescit·i·crescit· Inuenīē hec caula le ꝑ ouili· Vñ quidā· Dic caules olera dicunē ouilia caule

Cauma atis·ge·neu·i·incendium· & dicīē a caminus·& coz·pnlē·gtī

Cauo uas uaui·i·fodē·& oponīē Cōcauo as· De cauo uas·i·valde deozsū cauare·vel extrahē Excauo uas· Iob·xmj· Lapides excauant aq̄· Intercauo uas inter aliq̄ cauare· Przecauo uas·i·añ vel pre alis cauare· Recauo uas·i·itez vel retro cauare· vel extrahē· Succauo uas·i·subt? cauare· Cauo & cōposita ab eo omīa sunt actiua·& corripiūt ca· Vñ quidā· Et duz lapidē gutta cadēdo cauat

Caupo ponis dicīē a capio pis·qz capiat vinū vel aquā· Ecē·xxvi· Et ñ iustificabiē caupo a peccatis labioz· Qz āt dicīē caupo q̄si capiēs potū ethy·est nō cōpō· Qui & alio nomīe dicīē tabernari?·& taberneo & ganeo· A caupo dicīē hic cauponari? rū in eodē sensu·s·tabernarius· Inuenīē etiā hic capo ponis sine u·i·gall? castrat?· Vñ dicit Pap̄· Capo vel cap? ex gallogallinacio fit castrat?·& cor·ca· Vñ ūs?· Cātat nocte capo·vinū uult vēdē caupo·

Caupona ne pnlē ꝓducta taz ꝑ muliere taberna ria q̄ ꝑ taberna·& dicīē a caupo

Cauponatī aduer·i·frau datī admixtī·vel adulteratī vel alternatī·& dicīē a caupo·Solēt eī caupones admiscere aquā vino & ꝑ puro vēdere

Cauponor naris verbū depo·i· vēdere·& dicīē a caupo· Vnde in decretis romani concilii· Si ergo nobis anathema eo q̄ verbum veritatis audet cauponari· Vnde verbalia

Causa se dicīē a casu quo euenit· Est eīn origo & materia negocii· quod dū ꝓponīē cā est·dum discutiē iudicū·dum finīē iusticia· Cā sine ratōe potest esse· Ratō vero nō sine cā vt dicit pap̄· Et scias q̄ cā secundū logicū est ad cui? esse sequiē aliud· Et diuidiē ī causā materialē & formalē· & iste sūt cāe intrīsice· Efficientez & finalē·& iste dicunē cāe extrinsice Cā materialis est illa ex q̄ aliquid fit·ut ex ferro fit cultell? ferze? ·uel ī q̄ aliquid fit·vt ī corpe fit albedo·& ita corp? est materia albedīs & colozis omīs· Cā āt materialis ex q̄ aliquid fit diuidi tur· Nā alia pmanet in materiato· vt ferz pmanet in cultello· Alia ēnsit ut aq̄ & farina crāscunt in panem·& fenum & filix in virtz· Materia āt ē que ē in potentia tm̄· Cā āt formalis est q̄ dat esse rei· & cōseruat eaz in esse·ut albedo ē cā formalis albi·& humanitas homīs· Cā uero efficiens est a qua ē pn cipium mot?·uel q̄ mouet & opatur ad hoc ut ressit·ut faber est causa efficiens cultelli·& domifica toz est principium mouens & operās ut domus sit Cā finalis ē id ꝓpter quod aliquid fit · vt bītudo est causa finalis iustīcie· Et scias q̄ ut dicit plato · Nihil fit cui? oztum legitia cā nō pcesserit·Itez in iob quīto dicīē· Nihil ī terza sine cā fit

Causari? rii mas·gn̄is litis amatoz·uel reus q̄ ex aliquo crimine ad cām ducīē

Causatiu? A cā ds causatiu? ua uū·quod ex cā sequiē· Vñ causatiua dicunē effect? cāz·

Causidic? ci qui dicit & tractat cās secundū hug Pap̄·uero dicit Causidic? ozator· defensor · patron?· Et oponīē a cā & dico is·siue ab hoc ꝑterito dixi quod naturaliter coz·primam licet positione eā ꝓducat· Et ideo causidic? ueridicus·maledic?· & cōsimilia coz·pnlē· Vnde quidā Causidic? lites medic? p̄nostica uite· Vulnus amat medic? presbiter interitus

Causor aris causat? sū uerbum depo·a cā dicīē · Et ē cāri cās agere uel reprehendere·calumniari·uel inculpare·exigere uel in cām ducere·cōq̄ri· Ro ui· Cātu sū? iudeos & grecos omēs sub pctō esse

Caustos grece·latie icensū ds & accētuaē in fine·

Causula le di·pua cā

Cauteriat? ta tū potest esse ptīcipiū de cauterio·rias·& tunc tm̄ ualet quātum ust? cauterio uel diffamat?·uel pōt esse nomē·& tunc tm̄ ualet quātuz durus malus uel corruptus· Vnde apostol? thio· pma ca mj · Cauteriatā hītes conscientiā·id ē· corruptā uel lesam

Cauterio · rias·i·cauterio inurere·dānare·& deriuaē a cauteriū·& cōponīē īcauterio rias· & ꝑ trās latōz ds incauteriare·diffamare

Cauteriū·A caut? ds hoc cauterium rii fert quo utunē infirmi q̄si cauturiū·qz caute urat Et q° etiam imurūē dānati ꝑ signo ut dū caro uriē uol ūtas refreneē·unde hoc cauteriolū li di secundum hug· Pap̄·uero dicit·cauterium dictuz quasi cauturiuz qz urat·et puida sit ī eo seueraqz cautio. ut duz uideē cui? sit auaricia refreneē·qō iterdū ꝑ signo· iterdū ꝑ cura adhibeē ut etiā uis morbi ignis ardore siceē· Inde cauterizo zas zaui·i·uro cauterio

Cautes tis fe·gn̄is petra durissima & asprima dicta a caut? q̄si cauta qz caueē· Theodol? Lābunt aialia cautē·secundū hug ·Pap̄·uero dicit Cautes saxa aspzima videlicet maris·dicte a cauendo a nauigantibus ·s· quasi caute

Cautic? a um·i·asper & dur?·& dicitur a cauterium· Macer de uiribus herbaruz· A medicis rute vis cautica dicīē esse

Cautio· A caueo ues dicīē hec cautio cautionis ·i·cautela·iuratio ·obseruatio· & ponīē ꝑ scripto

qr scriptis nobis cauem? · Vñ i euãgelio luce· Accipe cautõnem tuã· & vt dicit Pap· Cautio est bre ue recordatõnis cyrographũ· Itẽ sm iuristas· Cautio est nuda pmissio sine solennitate iuramẽti aut interpositõe pignoris aut fideiussoris· Cũ em̃ inuenit̃ i iure sine adiecto . intelligendũ ẽ de nuda promissione· Cũ vero addit̃ & dicit̃ ydonea cautõ uel ydonee caueat̃· intelligendũ est ꝺ cautõe iuratoria vel pignoratoria siue fideiussoria·

Caut? A caueo es venit caut? a um· & ẽ eius pticipiũ Sed põt esse nomen in tali sensu caut? q̃ sibi cauet· astut?· callidus· gnarus· Vnde caute vel cautim· & hec cautela le· Caut? cõponit̃ Incaut? sm hug· Pap· vero dicit Caut? a cauere solicitus· pcauens· In grecismo sic dicit̃ Cautũ puisum cautum signat quoq; firmum

Cauus· A cauo as dicit̃ cau? ua uũ· & est cauum natura Cauatũ manu· & hic cau? ui substãtiue p cauerna vel foramine· Vñ cautas tatis· & p cõpositõem ocauus ua uũ· & cor· ca sicut cauo as

Caxillum li dimi· puus callus

Cecidi dici debet & nõ cecidi· Si em̃ diceret̃ cecidi· aut pma produceret̃ aut corripetur · Sed nõ posset corripi· ppter regulaz q̃ docet q̃ nunq̃ ae dyptong? põt mutari i i· correptã Sed nec posset produci ppter regulã q̃ docet· quoniã prior sillaba corripit̃ quotiens aliq̃ sillaba geminat̃ in talib?· Subtẽcta igit̃ a vocali ab hac dyptõgo ae· dici debz cecidi pma correpta & pnlt̃· prod· & ẽ pteritũ de caedo dis· i· incido· Et sic sumit̃· regũ· m· libro· ca· xii· Pater meus cecidit vos flagell' ego aũt cedã vos scorpionib?· Inuenit̃ etiã cecidi a cado dis· & tũc cor· pnlt̃· quod facere debuit cadi quod nõ facit ad diam cadi nois· Vide i cado dis et sic sumit̃ luce viii· Et aliud cecidit inter spinas·

Ceco as aui atũ· i· cecũ facẽ· & ponit̃ Exceco as Obceco as· & est actiũ cũ oibus suis cõpositis· & produat ce Vñ vindocinẽsis Diuitie multis excecãt corda cupite Et vt vult alexãder nequã obceco ascribit̃ p b· non em̃ mutat b in c· secundũ eũ· & sic omunit̃ scribit̃· Sed hoc videt̃ contra regulã pse· q̃ dicit q̃ b in positõe mutat̃ i c seq̃nte c· vt occido occũbo· Sed dico q̃ illa regula ps· hẽt exceptõem· sicut vult ipe met ps· Vñ ipe dicit in ii· libro maiorũs Que tñ psonãs· idẽ· b seq̃nte c solet plerũq; i eaz mutari· vt occido ẽ· Nõ ẽ ergo regula ista gñalis qr pse· dicit plerũq; notãter Et ideo q̃dã excipiunt̃ vt subcmericius & obceco

Cecula A cecus dicit̃ hec cecula le genus serpentis sic dicta· qr parua sit· & nõ habet oculos

Ceculco a ceco as dicit̃ ceculco as verbũ actiuuz · i· cecare· Et q̃nz ponit̃ absolute & sigt tũc passiõz itñsec? natã· vñ plaut?· Nã mihi ocli mei ceculcãt

Cecunia nie· i· nocti ua a cecus dicit̃

Cec? A ceco as dicit̃ cecus a um q̃ neutro oculo videt Vel dicit̃ cec? a careo· qr caret visu· Et tũc a cec? ceco as & hec cecitas tatis· Cecus põitur semicec? a um· Itẽ a cec? deriuat̃ hꝰ cecũ ci · quod dam itestimũ· & dicit̃ a cec?· qr sit sine foramie & cutu· quod greci tiloneutron dicunt·

ē magis ver? de? demōstrat·Eadē etiā die revolu tis·xxix. ānis cū iam annū·xxx·attigisset. qz ut dic lucas·Erat ihesus incipiēs qsi annoꝝ·xxx·habebat em̄·xxix·ānos & dies·xiij·& tūc inquā in iordane baptizat? ē· & ob hoc vocat theophonia· a theos qđ est de?·& phanos appitio·vel phonos sonus· qz de? trinitas tūc appuit·pater in voce·filiꝰ ī car ne·spūssanct? ī colūbe specie·Ipo iteꝝ die āno re voluto cū esset xp̄us annoꝝ·xxx·&·xiij·dieꝝ aquā in vinū mutavit in nuptijs·& iō vocat bethphania a beth qđ est dom?·& phanos apparitio·qz mira culo facto ī domo ver? deus apparuit· Predicta tria miracula tāgunt in quadā ātiphona q̄ cantat ad bñdict?·Hodie mąt celesti spōso iūcta ē eccle sia·qm̄ ī iordane lavit xp̄us ei? crimīa·currūt cum muneribꝰ magi ad regales nuptias·& ex aqua fcō vino letant cōviue·Ipa insup die revoluto āno cū eēt annoꝝ·xxxj·&·xiij·dierū satiavit quinqz milia hoīm de quinqz panib? sic dicit beda Et ob hoc vo catur phagiphanya·a phage vel phagin·qđ ē buc ca vel māducare·& phanos apparitio·& acuit pe nultīam epiphania siue ni.

Epiphia oꝝ·nūi pluralis ge·neu·sūt ornamenta equoꝝ·vt frena vel pectoralia. Horatius· Optat epiphia bos piger·optat arare caballus·Inde epy phiare·id ē·equū totaliter ornare·

Epirediū·Epi cōponit cum reda· & dr hoc epy rediū dij·& dicūt epiredia ꝓprie pua & mīora ve

Episcopꝰ·Scopin quod est intende vicula· re vel speculari·cōponit cum epi qđ est sup̄·& dr hic ep̄us epi·quasi supspeculator·& supintendēs curam subditorum gerens·Vel dicitur ab epi & co pos quod est labor·quasi suplaborans·scilicet sup gregem suum·& est nomē opis & oneris·vt vult pap̄·scōm illud apostoli·Qui episcopatuz deside rat bonum opus desiderat·sed nunc magis videt esse honoris q̄ oneris· Et est quadriptitus ordo e piscoporum·scilicet in patriarchas·archiepiscopos metropolitanos & in episcopos·Patriarcha sūm? & p̄nceps patrum interp̄tatur·quia p̄mum· id est apostolicū retinet locum·sicut patriarcha roman? antiochenus·alexandrin?·Vide etiam de hoc in pa triarcha·Archiep̄us dicitur· quia sūmus & p̄nceps ep̄orum est·Tenet em̄ vicē apostolicā & p̄sidet tā metropolitanis q̄ ceteris ep̄is· Metropolitani a mensura ciuitatū vocantur·Singulis em̄ ꝓuintijs p̄sident·quorum autoritati & doctrīe ceteri facer dotes subiecti sūt. sine quib? reliquis ep̄is nil agē licet·Solicitudo enī totius ꝓuintie ip̄is cōmissa ē Omnes aūt supius signati ordines vno & eodē vo cabulo ep̄i nominant·sed ideo ꝓuato noīe quidam vtuntur ꝓpter distinctōnem potestatis quā singu li acceperunt·Ab ep̄us autem deriuatur hic & hec ep̄alis & hoc le·vnde ep̄aliter aduerbiuz· Item ab ep̄us hic ep̄atus tus·tui· Et hoc episcopiū pij di gnitas vel officiū ep̄i· Et ep̄or aris· id ē ep̄atū hre vel regere·& corr·sco·Vide etiam in metropolis Hic pōt queri·an religiosi q̄ p̄mouentur ī ep̄os te neantur ad observātias regulares·Ad hoc dico·q̄ status religionis ad p̄fectionem p̄tinet quasi q̄dam via in p̄fectionem tendendi·Status aūt ep̄alis ad p̄fectionem p̄tinet tanq̄ qđam p̄fectionis magi sterium·Vnde status religionis compatur ad ep̄a lem statuz·sicut disciplina ad magisteriū·& dispo sitio ad p̄fectionē·Dispositio aūt non tollitur p̄fe ctione adueniēte·nisi forte quātum ad id in quo p fectioni repugnat·quantuz ad id quod p̄fectioni congruit·magis confirmat· Sicut discipulo cum ad magisterium p̄uenerit non congruit q̄ sit audi tor·congruit tamē sibi q̄ legat & meditet etiā ma gis q̄ āte·Sic igit dicendū est·q̄ siq̄ sūt ī regulari bus observātijs q̄ non impediāt pontificale officiū sed magis valeant ad p̄fectionis custodiā·sicut ē continentia. pauptas & alia huiusmodi. ad hec re manet religiosus·etiā factus ep̄us obligatus·& p consequēs ad portandū habitum sue religionis .q̄ est huiusmodi obligationis signū·Siqua vero sūt in observantijs regularib? q̄ officio pontificali re pugnent·sicut ē solitudo·silentium·& alique absti nētie· vel vigilie graues. ex q̄bus impotens corpe redderet ad exequendū p̄tificale officiū ad hmōi seruanda non obligatur·An alijs tamen potest di spēsatione vel scōm q̄ requirit necessitas p̄sone vl̄ officij vl̄ conditio hoīm cum quib? moratur p mo dum quo etiam p̄lati religionū in talibus secum di spensāt Testamentum autē nullo modo facere p̄t quia sola dispensatio ei committit rerum ecclesia sticarum que morte finit·ex qua incipit testamētū valere·vt apostolus dicit ad hebreos·ix·Si tamē ex cōcessione domini pape faciat testamentū·nō in telligit ex ꝓprio facere testamentuz·Sed apostoli ca autoritate intelligit esse ampliata potestas sue dispensatōis·vt ei? dispensatō possit valere post mortē·sicut dicit frater thomas·Vide etiam in ho noro & in acceptio·

Episinalimpha·Sinalimpha cōponit cum epi qđ est sup̄·& dicit hec episinalīpha·i·concursus dua rum vocaliū in eadē sillaba & ī eadē dictione posi tarū cū collisiōe vtriusqz·Et dr epysinalīpha qua si sup̄sinalīpha·qz plus est q̄ sinalīpha·Plus em̄ ē ita duas vocales subtiliare vt p̄ferant p̄m vnū im pulsū·q̄si in vnū sonū·ita tamē q̄ vtraqz aliqđ so ni retineat·q̄ ita duas cōiungere·vt altera totum suū sonū amittat scōm hug·Hec alio noīe dr sine resis p̄m quos dā·Vñ dicit pap̄·Epysinalimpha vl̄ sineresis est cōglutinatio duaꝝ sillabaꝝ in vnam·ut neri p̄ nerei· De sineresi aūt dixi sup̄ in quarta p̄te in ca° de methaplasmo·

Epithasis penl·corr·alio nomīe dicit epictasis p ct·Vide sup̄ in epictasis ī suo loco·

Epistiliū componit ab epy & stil?·Et ē capitel lum qđ supponit columne·quia supponatur stilo columne Vnde epystilia dicunt quasi sup stilos·i· sup columnas·Et scias q̄ tres sunt p̄tes columne· scilicet basis·id est fundamentum·stilus·scz illud rectum quod sup basim erigitur·Epistilium vero dicitur illud quod stilo supponitur·

Epystola dicitur ab epi quod est sup̄ & stolō qđ est missio·quasi sup̄ missio. quia sup̄ intentionem mittētis gerit officium nuncij·Vel quia epystola ī dignitate preemimet simplici missioni·Et describi tur sic·Epystola est legatio literalis absenti p̄sone vel absentibus mittentis plene significans voluntatem·Legatio literalis dicitur ad differentiam nū cij·quia si per solum nuncium sine literis aliquid ī timamus·non id epistola·sed quedā stola·id ē sim plex missio nomīat·Absenti p̄sone ponitur ad dif ferentiam sermonis qui p̄tinet ad presentes·Nam etsi causa pudoris quādoqz presenti epistolam de stinamus·tamen ei nō scribim? vt presenti. Mittē tis plene significans voluntatem·ideo subiungit·· qz potest q̄nqz p alicui? p̄us subtractionē epistō la decurtari qđ tolerandū ē dūmodo plene mitten tis affect? exprimit & declaratur·

Partes vero epistole a pluribꝰ ponunt quinqꝫ·scz salutatio·exordiū·narratio·petitio·& cōclusio. Et licet ptes sic naturaliter ordinent. tñ exordiū·narratio·& petitio·possūt naturalē ordinē pmutare· sed nō salutatio nec cōclusio·qz illa prior semp est & hec vltima debet esse Nā petitio ꝑponi pōt ex ordio·vt si dicā. Amicitiā tuaz rogo ꝙtenus equū mihi accomeves vsqz romā·cū oīa ꝙ habeo sint exposita semp ad tuū beneplacitū & mandatū·Similiter narratō pōt ꝑmitti exordio·vt si dicā·Sciatis me sine vestro auxilio ñ posse ī studio pmanere·qz mihi estis specialis dñs & benefactor pissim? Petitio etiā quādoqz narratōem anticipat·vt si dicam Rogo dominatōz vestrā ꝙtinus michi pecuniā trās mittatis·qz illā totam quā mecū deculi iam expēdi carioze bononie tpe psistēti·Quāuis etiā epistola ex quinqz ptibus ītegret·pōt tñ ex pauciorib? qñqz cōstare sic ex salutatōe & narratōe·pōt etiaz in sola narratōe vel petitōe cōstare oībus alijs ptib? relegatis·Vñ narratōe subtracta nō debet petitio remoueri·vel ecōuerso·subtrahit tñ quādoqz salutatio causa indignationis. & tūc tñ sufficiūt noīa psonaruz·Qñqz tacet exordiū·qz rei dignitas ꝑ se patet. Quādoqz narratio vt ī literis ꝑceptiuis·interduz petitio vt frequēter in epistolis remissiuis· Qñqz oclusio qz cōmoditas vl' incōmoditas per se patet·vel qz epistola est nimis longa·Veruntñ iuenit ꝙ ī salutatōe sola quidā abbas epistolā destinauit in hunc modū·B·talis ecclesie dict? abbas·dilecto ī christo filio. b·benefactori·bene incipe· melius ꝙsequi & optime terminare·Qō bene fieri potuit qz ꝑ talem epistolā volūtati mittētis plenarie satisfecit·Hoc ein dicit epl'aris dictamīs vltimum cōplementū·Vñ versus·Hic satis est ꝑs vna due tres quattuor oīes. vide in exordium

Epistolaris·ab epistola dicit hic & hec epl'aris & h° re·qō ē epistole·vel qō ꝑtinet ad epistolā·& h° epistolare ris·& hoc epistolariū. liber epistolarū·

Epytafiū·Tafos quod est tumulū vel sepulcrum componit cum epy·& dicit hoc epytafiū fij·quod superscribit tumulo mortui

Epythalamiū·epy cōponit cū thalamus·& dicit hoc epythalamiū mij·i·cant? q̄ fit sup thalamū. i. sponsū vel spōsam·Vñ epythalami? mia·miū·scōz hug·Papias vero sic dicit·Epythalamia sūt carmina nuptiarū que decantant a scolasticis ī honorem sponsi & sponse·hoc primū salomō edidit in laudē xp̄i & ecclesie·exquo gētiles epythalamiū sibi vēdi cauerūt·Dictū ē aūt eo ꝙ ī thalamis decātet·Hieronim? ī epl'a ad paulinū ca·vij·Salomon pacific? & amabilis dñi·mores corrigit·naturā docet·eccle siā iungit·& xp̄m sāctarū nuptiaz dulce canit epy

Epythematicus·epy cōponit cū the thalamiū sis·& dicit epythematicus ca·cū·i·suppositus vel appositꝰ·Vñ ipe ipsa ipm dicit epythematicon·i· appositiuū·qz apponit·i·iungit cum prima & scda psona & tercia. vt ipe lego·ipe legis·ipe legit·ipi legimus·ipsi legitis·ipsi legunt·

Epythetū·epy oponit cū thesis·& dicit hoc epythetū ti·adiectiū quodlibet. qz supponat·sed ꝓprie epythetū dicit illud adiectiū qō conuenit omni rei alicuiꝰ maneriei sed nō soli·vt cigni est epythetuz albus·corui niger·Itē epythetū dicit accidēs qō ē ꝓpriū·sed differūt·Epythetū est qō cōuenit omni rei alicuiꝰ maneriei sz ñ soli·vt esse nigrū cōuenit omi coruo·sz nō soli Propriū vero oīb? vni? maneriei rebus·& solis cōuenit·Vñ epytheton dicit quedā figura cū tale accidens vel adiectiū addit tali rei imediate·scōm hug·De hoc etiā dixi supra in quarta pte in capitulo de tropis

Epythoma tis·ge·neu·vel epythome mes· acuta vltima·i. abbreuiatō sermonis·dicit ab epy & thomus vel thomos diuisio·ptitio q̄si ꝑfectio sermois Vñ hieronimꝰ dicit in epistola ad paulinū ca·vij· Paralipomenon liber instrumēti veteris epythome tantꝰ ac talis est ꝛc̄·Dicit aūt epythoma abbreuiatio veteris testamēti·qō dicit instrumētū. qz instruit in doctrina fidei & moz·& ponit hic absolute· ꝓ abbreuiatōe·qz breuiter tangit prętermissa· Ab epythoma aūt dicit epythomaticus ca·cum·id est breuiter dicens vel dictꝰ·& epythomoz maris·breuiter loqui·Vide in paralipomenon

Epythimū. epy oponit cū thimū qō grece ē flos & dicit hoc epythimū·i·flos thimi·& ē timbre similis·& dicit sic·qz soleat supponi a medicis alijs adiutorijs ꝑcedētibus·Vñ epythimicꝰ ca·cum·i· concupiscibile·& epythimū etiā dicit turibulū qō alio noīe dicit thimiamateriū a suppositōe thimiamatū qō alio noīe dr thuricremulū. Vñ dicit· Pone thimiama ī thuricremulo·& cor·pnl'·epythimū

Epysensis·est quedā figura scematis de qua dixi supra in quarta pte in capitulo de scemate

Epos grece·latine laus

Eptimemeris·meris vel memeris qō est diuisio· vel ꝑs cōponit cū epta quod ē septem & dicit hic eptimemeris. q̄si diuisio sup septimā sillabam· Est quedā species cesure· q̄ septima sillaba naturaliter correpta producit·Septima dico·respectu triū spōdeicorū pedū· vt hic Tantal? & seue perijt iniuria mense·& fit ī principio ārti pedis siue sup septimā sillabam·vt dixi·& cōponit cū post. & dicitur hic posteptimemeris·Vide in pentbimemeris·& cor· penultimā·sed melius scribit ꝑ h·prima sillaba

Epto onis·id est·memoria·

Epudoratus ta, tū·extra pudorē positus·vide in pudorus·ab e·& pudorus·qō est pudorat? pudore plenus. cōponit epudorus ra·rum·i·extra pudorē·id ē·verecundiā·impudens

Epule·hoc epulū li·ī singulari nūo·& hec epule arū ī plurali·& sic ē etheroclitū genere & declinatione·& dicit epulū q̄si opulū ab opulētia rerū·& dicit scōm quosdā epulū ꝑ corꝑali·sed epule larū· ꝓ spirituali·i·ꝑ refectōe lętitie vel virtutis·vnde plato in thi·venistis ad epulas hesternas·Ab epulum dicit epulor laris·latus·sū·i. epulis vti·hinc ẏbalia·& hoc epulatoriū·i·locꝰ epulatōis·& cor·

Epulo lonis·in epulonus est pen'· pulonꝰ·ab epulor laris·dicit hic epulonus ni. i· gluto epulis dedit? q̄ aliter dicit hic epulo lonis· vñ augustinus de ciuitate dei·Epulones etiā deos iouis parasitos esse dixerūt·& producit etiā lo·

Epulus·id est·lux·

Equabilis·ab equo equas·dicitur hic & hec equabilis·& hoc equabile·& per sincopaz hic & hec equalis & hoc equale·& ide eq̄ liter·& hec equalitas tatis·& ꝑ compositōem inequabilis vel inequalis·īequale·inequalitas·inequaliter·inequabilitas·inequabiliter·

Equanimis·equus equa equū·componit cū animus·& dicitur hic & hec equanimis·& hoc me·& equanimus ma·mū·id est·equi & patientis animi· & hinc hec equanimitas tatis·id est animi equitas & patientia·& corripit mi·

Equarius·ab equꝰ equi·hic eq̄rius equarij·custos

equozũm · & hec equaria equarie · similiter ·

Eques · ab equis dicĩ hic & hec eques equitis · i · miles · Vnde hic & hec equitissa femina equitãs · et corripit e · sic̃ equus substantiũ · Vnde quidam · Et modo vadit eques qui solet ire pedes ·

Equester · ab equus dicĩ hic & hec equester · vel equestris · & hoc eq̃stre · vel poti? scõm modernos hic equester hec stris · & hoc stre · qui vadit ĩ equo Mach̃ · ij · li · ca · xj · Apparuit p̃cedens eos equester · Equester etiã scõm papiã sumĩ p illo qui certami nibus medius ĩteruenit · p quẽ veraq; ps equã fidẽ sectaẽ · & tũc videẽ dici ab equus equa equũ

Equidẽ · id ẽ · certe · coniunctio approbatiua vel ex pletiua · licet & alia possit esse · & corr̃ · penul · Vñ in auroza dicĩ · Non equidẽ sanctos vt me saluent precor illi · & est figure simplicis · Vñ dicit prisc̃ · in xvj · libro · Quidam equidẽ cõiunctõez compositã esse extimant ab ego & quidez · sed errant · simplex em̃ est · Hieremie tricesimotercio · Equidẽ semen ia cob & dauid serui mei ꝛc̃ ·

Equidiũ equidij · Equus equa equũ siue equitas · cõponiĩ cũ dies · & fit hoc equidiũ dij · idẽ qõ equi noctiũ · quasi equitas dierũ cum noctibus · Vñ hic & hec eq̃dialis & hoc eq̃diale · id ẽ · equinoctialis ·

Equiferus ri · mas · ge · i · ferus equus & siluestris ab equ? & ferus feri · & corripit fe ·

Equiman? na · nũ · qui equaliter vraq; manu ad gladiũ vel ad aliud tenendum vtiĩ · & cõponiĩ ab equus equa equũ · & manus · & corr̃ · ma ·

Equinoctiũ · equus adiectm̃ siue equitas cõponiĩ cũ nox noctis · & dicĩ hoc equinoctiũ equinoctij · id ẽ · equalitas noctiũ cum dieb? · & fit bis in anno scz in festo sancte crucis & ydibus martij · Vñ ver sus · Equa crucis festũ dat tẽpora martis & ydus · Hoc est festũ crucis qõ est decimooctauo kalẽdas octobris dat equa tẽpora · i · equinoctiũ · qz illa die attingit equinoctiũ autũnale · & ydus martis · id ẽ martij · dat equa tẽpora · hoc ẽ equinoctiũ · qz tunc est equinoctiũ vernale · Et ẽ equinoctium maxima dici artificialis · & noctis adeq̃tio · Ab equinoctiũ dicitur hic & hec equinoctialis & hoc le · & hic eq̃ noctialis lis · tam p̃ paralello q̃m p̃ coluro in quo fit equinoctiũ · vide in solsticium ·

Equinus eq̃na nũ · penul · p̃ducta · ĩ equ? eq̃ est quipenso sas · saui · satuz · ab equus adiectiuum & penso sas · componiĩ · & est equipẽsare eque co gitare vel eque iudicare ·

Equiparo ras · cõponiĩ ab equus substantiuo & paro paras · & inueniĩ in tribus significatõnibus · Nam eq̃parare · i · imitari · vnde virgilius in bucco · Nec calamis solũ eq̃paras sed voce magistrũ · Itẽ equiperare · id est · equare vl̃ comparare · vt eq̃paro hoc illi · id est · equo vel comparo quasi ostẽdo esse equum illi · Item equiparare · id est · parem fieri · vt iste in breui tẽpore doctores suos equiperauit · id est · par factus est illis

Equipolleo · equus adiectm̃ cõponiĩ cum polleo les · & dicĩ equipolleo eq̃polles · & cum valeo & dicĩ equiualeo les · ĩ eodẽ sensu · i · parificari · oferri assimulari · vnde equipollens equiualẽs ge · ois · & inde equipollẽtia eq̃alentia · i · similiũ rerũ eq̃litas

Equiricia cie · armentum equoz̃ · vel vaccarum · & dicĩ ab equus equi ·

Equistatiũ statij · ge · neu · stabulũ vbi equi stant & componiĩ ab equus equi · & sto stas ·

Equitania nie · dicĩ ab eq̃tate aque cuiusdam flu uij qui fere vndiq; eam ãgit · vel p̃ cõtrarium · qz oblique eam cingit · vel dicitur ab aqua · vnde equi tanicus ca · cũ · aliq̃s de terra illa · penulti · correpta ·

Equitatus · in equito tas · vide

Equito tas · i · equũ facere · vt equito illi · id est · rectuz facio illi · & componiĩ · inequito tas · nõ recte nõ eque agere · & deriuatur equito ab equus equa equũ · Item equito tas · potest esse fre · hui? verbi equo equas · & tunc tm̃ valet quantũ frequẽter eq̃ re · & tũc est actm̃ · & ostruiĩ cum accusatiõ ĩ p̃di ctis significatõib? · Equito p̃ducit e · cũ sit ibi ae · dyptongus · Itẽ equito tas · põt deriuari ab equus equi · & tunc eq̃tare · id ẽ · militare · & sic corripit e · vnde hic equitatus tus · id est · actus equitandi · vel multitudo equitum · vnde ĩ cantiĩ · Equitatui in cur ribus pharaonis assimulaui te

Equiualeo eq̃ales · corr̃ · va · & exponiĩ ĩ eq̃polleo

Equiuocus · vox componiĩ cum equus adiectiuo & dicĩ equiuocus ca · cũ · quod vna voce plura si gnificat · & describiĩ sic equiuocũ · Equiuoca sunt quozũ solũ nomẽ est cõe · & secundum illud nomẽ ratio substantie est diuersa · vt cũ aĩmal significet aĩal verum & animal pictũ · nom̃ est eis cõe solũ & ratio substantie vtriusq; scõm illud nomẽ est di uersa · dicim? em̃ de leone picto ĩ pariete · Ecce ter ribile aĩal · & de aĩali vero qõ est leo · idẽ dicimus eq̃uocãdo hoc nomẽ aĩal ad utrumq; · Eq̃uocatio vero sic describiĩ · Equiuocatio ẽ eius dẽ dictionis diuersa intẽtio siue significatio · vel scõz alics Equi uocatio est cũ diuerse rerũ ratões in eodẽ noie sim pliciter vniunt̃ · In hac aũt descriptõe res sumitur cõmuniter ad rem & modum significandi

Equo equas equaui eq̃re · equũ facere · & dicĩ ab equus adiectiuo · E componiĩ cum ad & dicĩ adequo equas · Itẽ cum con · & dicĩ coequo coequas abiecta n · Itẽ cum ex · & dicĩ exequo exeq̃s · Item cum ob · & dicĩ obliquo quas · Equo eq̃s actiuum est cũ oĩbus suis cõpositis · & p̃du · primaz · Nam scribiĩ p ae · dyptongũ · sed eques nomẽ p̃ e · solam & corripit primã · vnde versus · Ne sis solus eques tibi me p̃ equum precor eques

Equor ris · ge · neu · i · mare tranquillũ · & dicĩ ab eq̃litate · vñ vers? · Cũ fremit esse fretũ · mare dicas cũ sit amaz̃ · Pont? ponte carz · sz ab equo ris equor

Equuleus · ab equ? eq̃ dicĩ hic equuleus equulei p̃ quodã tormento facto ad modũ equi · scõm hug̃ Papias vero dicit · Ab equ? equi · hic equulus vel equule? diminutm̃ puus equus · vel gen? tormẽti

Equus · ab equ? equa equũ · deriuat̃ hic equus eq̃ id ẽ · caballus · qz eque currat · vl̃ dicĩ ab equo eq̃s qz olim quãdo equi quadrigis iũgebant̃ equabant̃ pares forma et similes cursu copulabantur · et ĩde hec equa eque et equinus na · nũ · penl̃ · p̃du · res eq̃ vel ad equũ ptinens · et scribiĩ p e · solã · et corripit primã · sed equus equa equũ scribiĩ p ae dyptongũ et sic p̃ducit primã · vñ versus · Non ẽ dign? equo cui carior est equus equo · Miles pungit equũ sed iudex iudicat equũ · Et scribiĩ equus equi · et equ? adiectm̃ p̃ geminũ v · et amittit v · post q · vim litez re tam vocalis q̃m cõsonãtis · Et scias q̃ noĩa equo rũ et genera sunt diuersa · et diuersis de causis ipo sita · equus nanq; est gn̄ale nomẽ oĩm equoz̃ · et di citur ab equando · vt dictum est · Caballus dicitur quasi cauallus · qz pede cauat terrã · vel qz pedẽ ha bet cauũ · vt dextrari? · vel cabo dicĩ equus castra tus q̃si cauo · et inde caballus quasi diminutiuũ · scz vilis equus · Dextrari? dicĩ qz p̃ dextram ducitur Palefred? dicĩ a passu et leni · et freno · et ducẽdo

quia leni passu p frenuz ducitē·et idem dicitē grada
riz a gou·& describitē sic·Gradariz ē equz mollis
incessus sine succussura incedēs·Itē potest dici mā
nus·qz ad manū nitaē & ducaē·vel qz māsuetudīe
manū sequitē·Veredus dicitē equus qui vehit redā
Badiz dicitē equz ālz vadius a vado dis·qz fortiz
vadat inter cetera anīalia·ipe est etiā spadix.quem
frenaticuz vocant·& dicitē spadix a coloze palme·
quā ticuli spadicā vocant·& est glaucus qui quasi
pictos habet oculos & quodā splendoze pfusos·
Nam glaucon albū greci dicūt·Et scias qz equi nō
coeunt cū matribus sic nec cameli. Vñ aristoteles
in viij·li·de anīalibz·Cameli nō cognoscūt matres
qdā ciuitate coopiebaē camele caput·vt eiz pullus
sup eā saltaret·qui coopto matriz capite sup eā sal
tauit·qui postqz de ipsa descendebat anteqz con=
plebaē coitus momordit ingeniatorē & interfecit
eum·& dicitē qz rex septētrionis habebat equā pul
cram·& pepent equū pulcrū·& rex ille voluit ex=
trahere ab illo·& matre aliquem pullū· & ingenia
batur equū saltare sup matrez suā coopiendo faciē
matris·& saltauit sup ipaz·& tūc discooperiebaē
facies matris & cognouit ipaz·fugit equz & eiecit
se ab alto & mortuz est.Hec aristoteles. De natu
ra etiā equoz loquēs·ysiō·xij·li·ethim·sic dicit·Vi
uacitas equoz multa·Exultāt em in campis·odo=
rant bellū·excitanē sono tube ad plium·voce accē
si ad cursuz puocanē·dolent cū victi fuerint.exul
tant cū vicerit·Quidā i bello sentiūt hostes·adeo
vt aduersarios morsu petant·aliq etiā pprios dños
recognoscūt obliti māsuetudinis·si mutenē. aliqui
pter dñm in dorso nullū recipiunt·interfectis vel
morientibus dñis.multi lacrimas fundunt·solum
em equū post hominē lacrimari & doloris affectū
sentire dicunt·Vñ etiam in centauris equoz & ho
minū natura pmixta ē.Solēt em ex equorū vel me
sticia vl alacritate euentum futurū dimicaturi col
ligere·vide in musculus

Equus equa equū.i·rectus·iusz·& differt a iu=
sto·qz iustus ex lege est·ālz ius custodiēs·Equus
equa equū·ex natura·Et est scribēdū p ae·dypton
gum.sed equz p animali p e·solā·& oparaē equz
equior eqssimz·vnde eque equius equissime adū·
& hec equitas tatis·& equo equas verbū actiuuz
& pducit primā equus adiectm cum scribitē p ae·
dyptongū·sed equz equi corr·e·Vñ quidā·Miles
pungit equū·sed iudex iudicat equum

Era ere·fe·ge·id est·pecunia·siue moneta·
& dicitur ab es eris·
Eradico cas·i·euellere destruē·ab e·& ra
dico cas·cōponitē·vnde eradicās pticipiuz ge·oīs·
Iob·xxxj·Omnia eradicans genimina·& pdu·di·
Eramentū·ab es dicitē hoc eramentū eramenti·in
strumentū de ere·sicut ferramentū de ferro

Erarium rij·in es exponitur

Erarius·ab era ere·dicitē hic erarij rij·id est· mo
netarius·& hec eraria·i·monetaria·vl erarius siue
eraria dicitē quicūqz vel quecunqz operaē in ere·&
dicitur ab ere·& erarius ria·rium·quod ad es vel
ad eram pertinet·

Eregione·i·ex opposito·sicē vna regio opponitē alij
vt contra eam distinguitē·& est quedā irregularis
vocū cōgeries potius qz compositio

Ereus·ab es dicitē ereus erea ereū·& eneus enea
eneū·& i eodē sēsu scz qō cōstat ex ere p ae scbunē

Ergasteriū·dicitē ab erge qō est opus & sterion·
qō est statio·& dicitē hoc ergasteriū loc? vbi aliqō
opz fit quasi operaria statio·& ergasteriū dicitur
magisteriū·qō fit in tali loco·crisostomus·per hoc
ipsum ergasteriū huiz artis apparuit

Ergastulū·ab erge & stolon qō est missio dicitur
hoc ergastulū li·i·carcer rusticus & locus dānato
rum. scz ad quē rei ligati mittebanē·& ibi opabāē
opa sibi iniuncta·exodi·vj·ca·de ergastulo egyptī
oz·Inueniē etiā qñqz p carcere corpis in quo anīa
in hac vita teneē quasi incarcerata·Irez ergastula
dicunē vincula & cōpedes quibus illi qui erant in
ergastulis ligabanē·Lucanus i·v·li·Vt primū foz
tuna redit seruilia soluit Agmina·conflato seuas
ergastulo ferro Exacuere·scōz bug·Papias vero
sic dicit·Ergastuluz carcer vel locus vbi damnati
marmora secant aut aliquid operanē·Item ergastu
lum durum opus aliquod dicitur

Ergata te·cōis gñis·id ē·opatoz vel vicinz·& di
citur ab erge quod est opus

Erge grece·latine dicitē opus·& accentuaē i fine
Erica·ab vro dicitē hec erica ce· quasi urica· quia
ignee sit virtutis·

Ericanus na·nū·penul·corre·cōponitē ab es eris.
& cano nis.scz qui canit cū ere·Idē dicitē crisonus
Ericius vel irici? dicitē ab erigo gis·scz animal spi
nis suis coopertū inde dictū·qz erigit se qñ spinis
clauditē.quibus undiqz protectus est cōtra insidias
Nam statim vt aliquid psenserit prius se surrigit
& in globū cōuersus se i sua recolligit arma·hui?
prudentia quedā est qz vitē ascendit & uuā exaci=
nat vt acini cadāt sup terrā·tūc supin? volutat se
sup illos·ita vt acini figanē i spinis suis·& sic por
tet escā filijs suis.idem anīal ē erinaci? & irinaci?
Quidā dicunt qz sunt diuersa anīalia.dicūt em qz
erinacij sunt anīalia de cauernis petraruz aggrega
tim pcedentia.vt dicit papias.Iricius·figurā por
celli lactētis habz.sed deforis spinosus est·de hoc
require in hechim? in h·

Eridanus·i.padus·vide in padus

Erigo gis.rexi erectū·re·i·ex imo sursum regere
& componitē ab e·& rego gis·& corripit ri·

Erinacius·in ericius est

Erinis erinis·eris·grece·latine dicitē lis·vnō hec
erinis erinis vel erinidis·id ē·furia infernalis·quasi
ad litem & discordiā nata.& producit ri·Vnde quī
dam·Erge notat litē signat erinis idem

Eripes dis·ge·oīs·qui habet pedes ereos·& cō
ponitur ab es & pes

Eris grece·latine dicitē lis·& sic accentuaē in fine
Itē eris est verbū futurū indicatiui de sum es est·
& corripit primā·Itē eris est gen⁹ huiz nomīs es.
eris·& sic producit primā·qz scribitē p ae dyptongū
Vnde quidā·Verbū fiet eris genitiuz? dz eris

Erisonus na·nū·penul·correpta qō sonat cū ere
& cōponitē cū es & sono nas.idem & ericanus.

Ero eras erauī re·dicitē ab es eris·& est erare limi
re pparare·& cōponitē deero ras·i·es auferre· vel
valde erare·Inero ras·obero ras·i·pcio.scz ere cō
ducere·Vñ oberaz? ta·tū·i·ere cōduct?·Vñ in vi
ta sancti martini·Oberatos habet meos scriptorez
p quos tibi mee ineptie publicanē·& oberare·est
undiqz ere circū dare·Itez cōponitē subero ras·i·la
tenter pcio·scz ere cōducere·et suberare est sub au
ro vel argento vel alio metallo·vel alia re·es ponē
vnde et aurū dicitē suberatū·qz sub se es habet·ālz
deauratum es·vnde persius·Neqz suberato mēdo
sum terminat auro·

Erodo dis·si.sū·ab e·et rodo rodis·et est rodē

extra vel valde rodere · & ꝓducit ro·

Errogo gas · gaui · gare. i · dare · distribuē · & ꝓprie in elimosinas · & cōponit̄ ab e · & rogo rogas & cor

Errpica ce · fe · ge · instrumēt̄ rusticor̄ ripit ro· ad terendas glebas · & trahit̄ a bob? · vnde dicitur erpica q̄si arpica · ab arpe qđ est rape · vl' q̄si arape ta · i · arata petēs. pri? em̄ terra arat̄ · & postea erpicat̄ · & hīc erpicari? · qui erpicā facit vel trahit · & adiectiue potest dedinari erpicari? erpicaria erpicarium · & erpico erpicas

Errraticus ca · cū · penul · corr̄ · in erro ras. est

Errro ras · rare · i · exorbitare quasi extra rē ire · & hinc verbalia · & hic erratus tus · & hoc erratū ti· ambo ꝓ delicto · & hic error ris · vnd̄ errone? nea neū · i · erroze plenus · Itē ab erro errabund? da · dū & erraticus ca · cū · & b et hec erratilis & bꝰ le · oīa i eodē sensu · erro ponit̄ aberro ras · lōge a uia erra re · deerro ras · de alijs errare · vl' de vno loco ad ali um errare vel deorsū · Et inerro ras · valde errare · & perro ras · i · pfecte errare. vl'p alia loca errare Suberro ras · subtus vel paruz errare · Erro & oīa cōposita ab eo sunt neutra · Et scias q̄ est duplex error · scz cognitōis & electōis · & sic errāt oīes q̄ operant̄ malū · etiā ex industria vel certa scientia ·

Errro nis · mas · ge · i · quilibet vagus & instabilis · ab erro ras · Vnde horatius in sermonibus · Teqz ipsum vitas fugitiuus & erro

Erruca ce. ab erodo dis · deriuat̄ hic eruca ce · modi cus vermis frondiū q̄si eroda · Itē eruca est quedā herba · & tūc deriuat̄ ab uro ris · q̄si urica. qz ignee sit virtutis · & in cibo sepe sumpta veneris īcendiū commoueat. & ꝓducit penultimā · Ouidius. Non te minus erucas iubeo vitare solaces

Erructo eructas · in ructus est ·

Erructuo eructuas · in ructus vide

Erudero ras · raui · re · i. purgare · rudera eijcere · cōponit̄ ab e. & rudero · vel ruder ris ·

Errudio dis · diui · ditū. ab e & rudio rudis · & est erudire instruere · quasi extra rudem. vel rudiare q̄z ponere · & corripit ru.

Errugino nas · ab erugo ginis · deriuat̄ erugio nas penul · corr̄ · sicut a rubigo rubigino · as · erugine vel rubigine corrūpere · deuastare · & ponit̄ · Erubigi no nas · derubigino nas · erugino nas · derugio nas id ē · rubiginē · vel eruginē auferre · & sunt actiua

Errugo. ab erodo dis · dicit̄ hic erugo eruginis · i. sanguisuga · Itē erugo vitiū rodens ferrū & sege tes · & nascit̄ hec corruptio ex minutissima pluuia circa festū sancti iobis · & ponit̄ sepe ꝓ amore pe· cunie · & dicit̄ erugo q̄si erodo · qz erodat · vel eru· go dicit̄ ab es eris · & scōm hoc ꝓprie ē eris · Vnde dr erugo · q̄si eris rubigo. sic̄ ferrugo ferri rubigo · Vñ erugineus nea · neū · de erugine existēs · & erugi nosus sa. sū · erugine plenus · & ꝓdu · ru · Matth · vj · vbi nec erugo nec tinea demolit̄ · Auroza In tertio vbi sunt erugo tinea fures · Qz aūt erugo sit corru ptio segetū dicit̄ in glosa super illud amos · iiij · Per cussi vos in vento urente. & in arugine multitudi nem ortor̄ vestror̄ ꝛc · Arugo inquit · i · rubigo · vl' erugo que apō iohel eruca dicit̄ · q̄ ita fit cū nocte ros vel imber sup teneras spicas cadit inualescēte sole vertunt̄ in rubeū colorez & canescūt grana ad huc tenera · Aurugo etiā dicit̄ morbus q̄ ī hoīe na scit̄ ex abūdātia fell' corrupti · q̄ corrūpit sāguinē et vtit ī pallorē · & quecz dulcia vertit ī amaritudinē

Errumna · Rumē cōponit̄ cuz e · & dicit̄ hec erūna ne · miseria · inopia · calamitas · q̄si extra rumē · i · cibū vñ erūnosus sa · sū · i · miser paup inops sic dict? · qz ꝓ inopiam miser factus esuriat & sitiat · Et erūno nas · id est inopem & miserum facere

Eruunt · dicendū ē · nō erint · futurū de sum es est

Eruo is rui tū · i · euertere · ab e · & ruo ruis ruscо cas · dicit̄ quasi eruco cas · i · era ī vnū col ligere · sicut numularij faciunt · & dicit̄ ab es eris

Erutus ezuta tum · penultima correpta · id est ex tra raptus vel ereptus aut euersus · zacharie tercio Torris erutus de igne

Eris · ge · neu · dicit̄ ab aer · qz sit eiusdē co loris cū aere · Vnde hoc eraziū rij. loc? vbi pecunia publica reponit̄ · & dicit̄ ab es eris quia olim prius ibi es reponebat̄ · Es em̄ pri? olim fuit in usu · auro & argento & ferro nondū inuētis ex quibus metallis · q̄uis postea facta fuisset pecu nia · nom̄ tn̄ erarij ꝑmansit ab eo metallo · vñ pecu nia initiū sumpsit · & qz es utpote prius inuentum habebat̄ in usu cuiuslibet metalli · Inde ē q̄ inuenit̄ ꝓ quolibz metallo gn̄alit̄ · & scribit̄ p ac · sz tacet̄ a·

Esca esce · dicit̄ ab edo es est · & dicitur esca quia eam os capiat · & est ethimologia · & inde escosus sa · sum · id est · escis plenus pinguis crassus

Escale. ab esca dicit̄ hoc escale lis · quodlibet vas ad escas deferēdas vel accipiendas aptum

Escaria escarie · fe · ge · i · mensa escis plena · & dr ab

Escarius · ab esca dicit̄ escarius rij · qui esca esce dam piscis dictus sic · quia solus escam rummare ꝓ hibetur · nam alij pisces non ruminant

Eschines & demostenes · fuerunt duo oratores · Eschines īpugnauit causaz thesifontis · & demoste nes defendit & ꝓualuit · Inuenit̄ etiā echinus ni · & corripit penul · tam eschines q̄ demostenes · de his facit mentōem hieronim? ī epistola ad paulinū ca· · ii · vñ & eschines cū rhodi exularet · & legeret̄ de mostenis illa oratio quā aduersus eū habuerat · mi rantib? cunctis atqz laudātib? suspirās ait · Quid si ipsam audissetis bestiā sua verba resonantem

Esco · ab esca dicit̄ esco escas · i · escam tribuere vel escis pascere · & componit̄ adesco scas · i · ad escam vocare · vel valde escare · Inesco inescas · i · esca im pinguare vel decipere escis ·

Esculent? ta · tū · i · pinguis · cōponit̄ ab esca & lē tos greco qđ significat plenitudinē · & comparat̄ esculentior simus · vñ esculente tius sime · aduer · & hec esculentia tie · i · pinguedo · crassitudo

Esculetū ti · penulti · ꝓducta. locus vbi multe cre scunt esculi. et dicitur ab esculis

Escul? li · fe · ge · ab esca dicit̄ · est em̄ quedā arbor cuius fructus esca est. et vt dicūt quidā est sorb? vel nespirus scōm hug̃. et scōm papiam est arbor glandifera · et corripit scu·

Esebon. accentuat̄ in fine · et interpretat̄ cingulū tristicie. vel cogitatio merozis

Esquilie · ab esca et ales ponit̄ he esquilie liarū · quidā vicus rome vbi erat vstrina publica · vnd̄ iu uenalis · Esquilias dictū q̄ petunt a vimine collem Qui locus dicit̄ hebraice carnariū. et dicit̄ ille loc? esquilie · q̄si alitū esce · qz aues ibi comedebāt hoīm cadauera · vñ quidā mons vicin? dictus ē esq̄linus

Esquilinus lini · in esquilie vide

Essedum di. genus est vehiculi · Horatius Esseda festinant · et corripit penultimam

Essentia · ab esse mfmitiuo deriuat̄ hec essētia tie · id est · substantia · vel ꝓprietas essendi · vnde hic et hec essentialis · et hoc le · vnde essentialiter essentia litas · scōm hug̃ · Pap̃ · vero dicit · Essētia · substātia

natura·vel eternitas. eo q̄ semp est·et differt essen tia ab esse·q̄ esse est actus essentie·Essentia autez dicit̄ cui? actus est esse·Subsistentia cui? act? est subsistere·Substantia cuius actus ē substare Hoc autem dupliciter dicit̄·sicut in singulis patē pōc·Esse enim est actus alicui?. vt quod est·sicut cale facere est actus calefaciētis·& est actus alicui? vt quo est·scz quo denominat̄ esse·sicut calefacere est actus caloris. Verū aūt damnati velint nō esse·di cam in infernus·vide etiam in vnus

Estas·ab est? dicit̄ hec estas estatis·& est calida & sicca·Et scias q̄ q̄ttuor sūt tpa anni·hyems·ver estas·autūnus·Hyems ē frigida & humida·& cō uenit cū elemēto aque·& cū humore flegmatico. Ver aūt humidū & calidū est·& cōuenit cū elemē to aeris·& cum humore sanguinis·Estas vero est calida & sicca·& cōuenit cū elemēto ignis·& cum humore colere. Autūnus aūt frigidus & sicc?·& ha bet cōuenientiā cū elemēto terre.& cū humore me lancolie·Hyems aūt scdm quosdā incipit·ix·kalen das decembris·scilicz in festo clemētis Ver incipit octauo kalendas martij·scilicz ī festo sancti petri· Estas incipit octauo kalēdas iunij·scz in festo san cti urbani·Autumn? aūt initiū sumit·ix. kalendas septēbris scz in festo sancti bartholomei·vel scdm alios octauo kalendas septēbris·Vñ versus·Dat clemēs hyemē·dat petrus ver kathedrat? ·Estuat vrbanus·autūnat barthol̄ome? De cōueniētia ele mentoꝝ & humoꝝ coporis·dixi in elementū

Estacula le·diminutiū parua estas

Estifer estifera estiferū·penul·corr̄·i·ferēs estatē vel estum ex estas·vel estus & fero fers cōponit̄·

Estiuus. ab estas dicit̄ estiuus ua·uū·ad estatem ptinēs·Vñ pluralit̄ hec estiua estiuoꝝ dicunt̄ loca in nemoribꝰ·vbi iestate bestie sub vmbra morant̄ vt vitent calorē·Vñ estiuo uas·ad vmbrā ī estate quiescere·Itē ab estas vel ab estiu? dicit̄ hic & hec estiualis·& hoc le·ad estatē vel ad estiuū ptinens

Estor estoris·i·voratoꝝ·epulo·māducus·mādax ardelio. ab edo es est dicit̄·& pdu·penul·in gēo

Estrix cis. fe. ge. femina gulosa·& pducit strī in genitiuo·& format̄ ab estor·toꝝ in trix·

Estuo as·in estus vide

Estus·ab vro vris dicit̄ hic estus stus·stui·quasi vstus·i·caloꝝ·feruoꝝ·vnde estuosus sā·sū. estu plenus·& sparat̄ estuosus sioꝝ·sissim?·vnde estuose sus.sime·aduerbiū·& estuo as·feruere bullire cale re·& componit̄ exestuo as·& mestuo mestuas·& est neutrū cum suis compositis

Esurio ris·format̄ ab esu supino·de edo es est ad dita rio·& ē esurire meditari edere'·verbū medita tiuū·Ille esurit·cui? animus est in patinis. Et inde hec esuries ei·& corri·v·ante r·Et scias q̄ esurio ris facit pteritū esuriui·Vt patet math̄·xxv·Esuri ui enī & nō dedistis michi manducare·qō est cōtra naturā vbi meditatiui·verba enī meditatia carēt pteritis·Sz dic q̄ esuriui ponit̄ p famui siue famē habui·De hoc tñ pleni? dixi ī tercia pte ī tractatu de speciebus verboꝝ ī ca·de verbo meditatiuo

Esus·a passiuo hui? verbi edo·qō inuenit̄ in ēcia pson̄a ōz·esus esa esū·i·comestus·corrosus·& spo nit̄ pmesus coesus ab esus obesus·& pducit e.

Etatula le·penultima correpta·est diminu tiuū de etas·id est parua etas·& scribit̄ p ae·dyptongum in prima

tas·ab euo dicit̄ hec etas etatis·q̄si euitas·Etas plerunq; dicit̄ p vno ānō·& p septē & p centum & p quouis tēpore sic dicta·quasi euitas·scz simi licuꝺo eui·Nam euū est etas ppetua·cui? nec ini tium nec finis extremus noscit̄·quod greci vocant eonos· quod aliquādo apud eos p seculo· qñq; p eterno ponit̄ Vñ apō latinos etas ē derivatiuū·ab euū vel ab esse·ppter eius durabilitatē·Et dicitur etas duobus modis·aut mūdi aut hoīs Mūdo aūt nō assignant̄ etates quātum ad substantiā·quia sic in ppetuū durabit·sed quantū ad statū·sic em̄ tran sibit mundus·q̄ pterit figura mundi·scdm apl'm· Figura inquit nō est substantia·& sic mund? antiq̄ tur & senescit Et scdz hoc distinguunt̄ mūdi etates methaphorice ad similitudinē etatis vnius homīs Variant̄ em̄ in hoīe etates fm diuersas' notabiles varietates in statu ipsius·vnde prima etas hoīs di citur infantia vsq; ad septē annos·Exinde vsq; ad quattuorꝺecim annos est etas secunda scz pueritia necdum ad generandū apta·Vñ puer dicit̄ a puri tate·q̄ purus est necdū lanuginē & florē genarū habet·Tercia etas ē adolescētia ad gignendū apta & adulta·que progat̄ vsq; ad viginti octo annos Que tres etates cōputant̄ quādoq; p vna·Quar ta est iuuent? firmissima oīm aliarū etatū finiens in quinquagesimo anno·Quinta est senioris.i·gra uitas que est declinatio a iuuentute in senectutez nondū senect?·sz iam nō iuuent?·q̄ senioris etas est quā greci p̄sbiten vocāt Nam senex apud gre cos ñ p̄sbiten·sed geron dicit̄·que etas a quinqua gesimo anno incipiēs·in septuagesimo anno termi nat̄·Sexta etas est senectus· que nullo annoꝝ ter mino finit̄·sz post illas quinq; etates· quātūcunq; vite est senectuti deputat̄·Senīū autē ē vltima ps senectutis durans vsq; ī finē·dicta sic·q̄ termin? sexte etatis·scdm hug·& ysidoꝝ. Etates aūt mū di sic distinguunt̄·Nam prima etas mundi fuit ab adam vsq; ad noe in q̄ fuit generis humani institu tio & lapsus·Secūda a noe vsq; ad abraam·in qua fuit generis humani destructio p diluuiū·& reno uatio. Tercia ab abrhaam vsq; ad dauid ī qua fuit circūcisionis & legis īstitutio. Quarta a dauid vs q; ad transmigrationē babilonis·scz iude ī babilo niam·ī qua lex floruit sub regib? & pphetis·Qui ta a transmigratōne babilonis vsq; ad xp̄m in qua fuit populi captiuatio & liberatio·Sexta a christo vsq; ad finē mundi·ī qua est generis humani redē ptio. In septima ergo etate & vltima venit christ? Vñ & ioēs dicit·Nouissima hora est.& paulus ī prima ad corinth̄ Scriptū est ī quos fines seculoꝝ deuenerūt·Non tñ oportet q̄ equali numero anno rum etas humani generis compleat̄·sicut nec etas vni? hoīs·q̄ vltima etas hoīnis quādoq; habz tantū quātū oīs prime· nescit̄ em̄ finis vltime eta tis hominis siue finis mundi·vt dixi in antixp̄s·Et scias q̄ a principio mūdi vsq; ad incarnatōem xp̄i fluxerūt anni quinq; milia·ducenti viginti octo·sic dicūt p̄sper & eusebi? cesarien̄sis·& hieronim? in cronicis sms· Oroſi? aūt p̄sbiter scribens ad augu stinū dic̄ sic·Sūt ab adam primo hoīe usq; ad ninū magnū vt dicūt regē q̄n nat? est abraam.anni tria milia centū octogintaq̄ttuoꝝ·q̄ ab omnib? historiographis uel omissi uel ignorati sunt·Anni autem vel ab abraam usq; ad cesarē augustū·i·usq; ad na tiuitatē xp̄i· que fuit anno imperij cesaris q̄dragesimo secūdo facta pace cū parthis·iam porte non clause sunt.& bella toto orbe cessauerūt colligunt̄ anni duo milia xv·& sic colligunt̄ anni q̄nq; milia centū & nonaginta nouem·a principio mūdi vsq;

ad xp̃m·scd̃m orosiū. Et vt dicit̃ in aurora· Incipiens ab adam fuit ad noe labilis etas· Prima p anno rum milia pene duo· Et vt dicit frater thomas· triplex est pfectio scz nature gratie & glorie. Perfectio nature est que fuit in principio seculoz· De q̃ dicit̃ in genesi primo· Q̃ die septimo cõpleuit deꝰ opus suū· Perfectio vero glorie erit in fine seculorū· Et q̃ pfectio gratie est mediū iter vtrāq; Ido xp̃s p quē gratia facta est circa mediū seculoz ve nit· Vñ dicit̃ abacuc·iij· In medio annoz notū facies. Quidā aūt distinguūt tm̃ q̃tuor etates scd̃z q̃ aptant̃ quattuor tẽporib9 anni· Sūt em̃ q̃tuor tẽpora· scz ver estas autūn9 hyems. Et sūt q̃tuor hois etates· scz puericia q̃ est calida & humida· sic̃ & ver· Secūda etas· scz iuuentus que est calida & sicca· sic̃ estas· Tercia ẽ senectus que est frigida & sicca· sicut autūn9 Quarta est senīū qđ est frigidū & humidū sicut hyems. ex collectõe flegmatici humoris qui abūdat in senio· & aptat̃ hyemi frigide & humide· De hoc etiam vide in estas

Eternus· Euiternus syncopat̃ & dicit̃ eternus nanū· vl' dicit̃ ab etas· scz qđ caret principio· & carebit fine· scz qđ nõ habuit principiū sue essẽtie· nec habebit finẽ qualis est solus deus Vñ eterne adū· Et vt dicit boeti9 ī quinto libro de cõsolatõe· Eternitas est itermmabilis vite tota simul & perfecta possessio Et nota q̃ eternū ẽ (vt dixi) qđ carz principio & fine· Perpetuū em̃ qđ in tpe incipit esse & caret fine· Sempiternū est qđ cum tpe icipit esse & cū tẽpore desinit esse Temporale ẽ qđ ī tpe incipit esse & in tpe desinit esse· Solus ergo deꝰ eternus ẽ angeli & anime ppetue sunt· mūd9 & temp9 sempiterna sūt· temporalia sūt homies & hoīm facta· Item ab etern9 hic & hec eternalis & hoc le· vnde eternaliter aduerbiū· vñ hec eternalitas tatis· De coeternitate & equalitate psonarum diuinarū dicā in psona· Item vide in anima·

Eteſticulo las·id ẽ·testiculos auferre· vel valde testiculare verbum actiuū· E ponit̃ ab e· & testiculo las· & corripit cu·

Ether etheris· est superius elementū scz ignis· et est nom̃ grecū mas·ge· Vñ ethere9 rea·reū· & hec ethra ethre·i· splendoz etheris· Vñ illud in hymno Quē terra pontus ethra colūt adorant predicant· Quidā tm̃ legūt ibi ethera ita q̃ sit nominatiui cas9 diciem9 em̃ etherē vel ethera· vñ hec ethera ethere Sed ethra scd̃m hug̃· debet dici· Cõis tam̃ ecclesie vsus dicit ethera· Item ether dicit̃ superior ps aeris

Etheroclitus ta·tū· Quid sit nomen etheroclituz dictū ẽ sup̃ ī diuersiclinīū & cor·penl' etheroclit9

Etherogeneus· ab etheros vel etheron qđ est diuersum· & genos qđ est natura· componit̃ ethero geneus nea neū· penultima correpta· i· diuersarum naturarū· vt patet m homie qui est totus ethero geneus· id est· diuersarū naturarū. Hoc etiā patet m ptibus organicis· vt in manu & ī pede· q̃ man9 vel pes cõstat ex rebus diuersarū naturarū· puta ex pelle carne· neruis ossib9 & venis· Sed aliter est in omogeneis· q̃ in omogeneis totum & ps sūt vni9 nature· sicut frumentū· piper· vinū· argentuz· caro & ossa· q̃ quelibet ps frumenti frumentum est· & q̃libet ps piperis· uini· argẽti· carnis & ossis· piper vinū· argentū· caro· & os est· & cõponitur omogeneum· ab omos qđ est vnum & genus natura· ide omogeneus nea· neū· penul· corre· i· vnius nature De hoc vide in tercia pte in tractatu de numero nominū in ca· de nominibus cõplexiuis

Ethicus· Ethis grece latine dicit̃ mos· vñ ethicus ca· cū· penultima cor̃· i· moralis· & hec ethica ce· i· moralitas· vel scientia que tractat de moribus· & ethicus ca· cū· i· ppriū· scd̃m hug̃· Itē vt dicit pap̃· Ethica genus febris cui9 tres sūt spēs· prima· scda & tercia· & habet esse in membris· De pma leuiter liberat̃ aliqs· de scda vix· de tercia raro uel nunq̃·

Ethimologia· ethimos vel ethimon grece· latine dicit̃ verus· & logos sermo vel ratio· inde hec ethimologia gie· quasi veriloquiū· q̃ ethimologisãdo vocabulū veram ipsi9 originem eloquimur· & diffinit̃ sic· Ethimologia est expositõ vnius vocabuli p aliud vocabulū siue vnū siue plura magis notuz vel magis nota in eadē lingua vel diuersis scd̃z rerum pprietatē vel literarum similitudinē· vt lapis quasi ledens pedē· Piger quasi pedibus eger· Et in ethimologicus ca· cū· i· figuratiu9· vel quod ptinet ad ethimologiaz· vel qui ethimologisat· & ethimologiso· sas· i· sic exponere. scd̃m hug̃· An ethimologia faciat deriuatõem. dixi in tercia pte q̃si in principio ī tractatu de speciebus noīm· Itē nota q̃ ethimologia aliter sumit̃ quādo est vna ps grāmatice Grāmatica siquidē diuidit̃ ī q̃tuor ptes· scz orthographiā· ethimologiā· diasintasticā· & psodiaz· & tunc ethimologia dicit̃ ab ethimon qđ est verum· & logos sermo· inde ethimologia· i· tractat9 de veritate oīm ptium oratõis absolute· & sic sumpta ẽ tercia pars istius libri·

Ethiopeya· ab ethis· quod ẽ mos· & poio· pois· id est· fingo, gis· dicit̃ hec ethiopeya peye· i· cõfirmatio morum in qua homīs psonam fingimus. pro exprimendis effectibus etatis· studij· fortitudinis· leticie· sensus· meroris· audacie· scd̃m hug̃· Papias dicit· ethiopeia est cū sermonē ex aliena psona īducimus· vt cū fingim9 psonā mulieris vel vocem

Ethiops. p ps· scribit̃· qđ cognosci põt ad genitīm qui formaf̃ a nõ interposita i· & corrī· penul· tam in nominatiõ q̃ ī gẽo· & sic̃ dicit hug̃· Ethiopes dicti sunt a filio cham· q̃ vocatus est chus· a quo originē traxerūt· Chus em̃ hebraica lingua ethiops interpretat̃· & hinc ethiopia ethiopie· fe· ge· qđ interpretat̃ tenebre· vnđ ethiopicus ca· cū· & ethiopius pia· pium· ambo gentilia·

Ethis grece· latine dicit̃ mos· & accentuat̃ ī fine thna ne, mons sicilie ex igne & sulphure dictus Inde & gehenna· secundū papiam·

Ethnic9 ca· cū· pnl'· cor̃· i· gẽtilis· & dr̃ ab ethnos ethnos grece· latine dicit̃ gẽs· & accẽtuat̃ ī fine· thra ethre· in ether exponitur·

Ethronus na·nū· qui nullū habet thronuz· scz qui nullā regni ptem habet. & cõponit̃ ab e· & thron9 ni· quasi extra thronū· & corri· thro·

Etiam· est cõiunctio causalis vel copulatiua· vel secundū diuersa adiūcta alteri9 speciei esse potest & est secunda litera t· in papia·

Eu· vox respondentis· aduerbiū est

Eus· vox vocantis aduerbiū est· secūdū hug̃ & papiam dicit. Eu· vox respondẽtis· Eus vero aduerbiū est vocãtis· Eu grece· latine bonuz Inuenit̃ etiā heu aspiratum· & tūc ẽ iteriectio dolentis·

Eua· interpretat̃ vita siue calamitas siue plentis ve· Vita· q̃ origo fuit nascẽdi· Calamitas & ve· q̃ ppter puaricatõem causa extitit moriendi· a cadẽdo em̃ nomẽ assumpsit calamitas q̃si cadamitas· Vel ideo vita & calamitas est dicta· quia mulier sepe ẽ viro causa salutis· & sepe calamitatis & mortis origo quod est ve. Quare eua fuit facta de costa ade

dicam in mulier. in m. litera.

Euagino nas. in vagina vide

Euan tis. maſ. ge. i. bachus dict? ſic a voce ſacri ficantiũ ꝓclamantiũ euoe. Vel dicit̃ ab eu quod ē bonũ. Item euan tis quaſi bon? deus

Euangeliũ. bona ānũciatio īterꝓetat̃. Grece em̃ eu bonũ. latine angelus nuncius interꝓetat̃. ſcdm papiã. Hug. aũt dic̃ ꝙ angel? dicit̃ ab agio s. i. ſanctus. Inde dicit̃ hoc euangeliũ. i. annũciatio qđ cõponit̃ cũ eu. qđ eſt bonũ. u. vocali cõuerſa in conſonantē. & fit euangeliũ. i. bonũ nunciũ. Vñ hic euãgeliſta ſte. q̃ euangeliũ cõpoſuit. & euãgeliſo sas. id eſt. euangeliũ annũciare. Vñ patet ꝙ euangeliũ ſcribit̃ ꝓ ſimplex u. Et vt dicit hieronim? in epiſtola ad gal. Nõ debem? putare in verbis ſcripturarũ eſſe euangeliũ. ſed ī ſenſu. nõ in ſupficie. ſz ī medulla. nõ in ſermonũ foliis ſed in radice ratõis. Itē in originali ſup. xiiij. marci. In euangelicis inquit ſermonib? ſemp litere iunct? eſt ſpiritus. & qui dđ ꝑmo frigere videt̃ aſpectui ſi tetigeris calet Vide in theolog? Item de q̃ttuor euãgeliſtis figuratis ꝓ quattuor facies in ezechieli dicam in marc?

Euanidus. in vanidus eſt

Eubaſis vel ebaſis ſine u. ſcdm quoſdã. vide ī ebaſis. & in q̃rta ꝑte in ca. de coloribꝫ rhetoricis

Eucaris. eu qđ eſt bonũ componit̃ cũ caris quod ē gratia. & dicit̃ hic & hec eucaris huiꝰ eucaridis id ē. homo bene gratioſus. & cozri. ca. Eccl'. vj. & lingua eucaris in bono hoīe abundabit

Eucariſtia. Caris qđ ē gratia componit̃ cũ eu. qđ eſt bonũ. & dicit̃ hec eucariſtia ſtie. i. bona gratia vl' gratiarũ actio. Vñ etiã eucariſtia dicit̃ ſacramẽtũ panis & calicis. ſcz ſacrificiũ corꝑis & ſanguĩs xꝑi. q̃ſi bona g̃tia. Quid ē em̃ meli? quid g̃tioſius corꝑe & ſanguine xꝑi. certe nihil. Vñ eucariſto tas id eſt. gratulari. vide in miſſa. & in cõmunio

Euchius. ab eu. quod eſt bonũ. & chios filiꝰ. cõponit̃ hic euchius chij. ſcz bach?. i. bon? filius. quo nomine eũ iupiter nominauit cũ gigantez iterfecit Vel potius componit̃ euchius ab eu. & yos quod eſt filius. & interponit̃ ch.

Eudoxia xie. ſe. ge. id eſt. bona gloria. claritas. Et componit̃ ab eu. quod eſt bonũ. & doxo quod eſt gloria. quaſi bona gloria

Eudulia lie. ſe. ge. ꝙponit̃ ab eu. qđ ē bonũ & dulia qđ ē fuitus. Iñ hec eudulia eudulie q̃ſi bonũ fuientus. ab euenio nis. dicit̃ hic euent? tium tus. i. caſus. finis principiũ. Vñ ouidius epy. Exitus acta ꝓbat careat ſucceſſibus opto. Quiſquis ab euentu facta notanda putat. De predictis tribus ſignificationibus dicit q̃dam. Euent? dic principium. finem quoq; caſum

Eueſtigio. i. cito & cõtinuo. ſtatim. & cõponit̃ ab e. & veſtigiũ. ſecũdũ hug. ſed dic ꝙ in veritate non eſt hic cõpoſitio. ſed irregularis vocũ cõgeries. & hoc ideo. qz caſus cũ ſua ꝓpoſitõe fungit̃ loco adũ bij. vel aduerbialis determinatõis. Vñ poſſũt caſu alia cũ ſuis ꝓpoſitionib? ad interrogatiões aduerbioꝝ reſpõderi. vt quo vadis. ad vrbem. q̃ facies hoc. eueſtigio. i. cito vel ſtatim vel mox

Eueus filiꝰ chanaan. a quo dicti ſũt euei. Ipi ſũt & gabaonite. de ciuitate gabaon. qui ſupplices venerũt ad ioſue. & acuit penultimã eueus

Eufemia mie. i. bona fortuna. ab eu qđ eſt bonũ Vñ q̃dam virgo dicta ē eufemia. q̃ſi bñ fortunata.

Eufonia. in ꝑſa acuit penul. in coloribus rhetoricis eſt in quarta parte

Eufortuniũ euniꝫ. i. bonum fortuniũ. ab eu quod eſt bonum & fortunium

conspicere ad quod vix tranquilla valet īmiare·
quia nec solis radius cernitur cum cōmote nubes
celi faciem obducunt·Nec turbatus fons respicie
tis imaginem reddit. quam tranquillus ꝓprie ostē
dit. quia quo eius vnda palpitat eo in se speciem
similitudinis obscurat. & cum per zelum animus
mouetur curandum sumopere est·ne hec eadem q̄
īstrumento virtutis assumitur. menti ira domine
tur nec quasi domina. p̄eat sed velut ancilla ad ob
sequium preparata a rationis tergo nunq̄ recedat
Tunc enim robustius contra vitia erigitur·cū sub
dita rationi famulatur· Nam quantumlibet ira ex
zelo rectitudinis surgat·si immoderata mente vti
tur ratōni protinus seruire contemnit·& tanto se
impudentius dilatat· quanto impatientie vitium
virtutem putat·

Iracundia in ira exponitur
Iricius exponitur in ericius·
Irimacius in ericius vide
Iris·ab aere dicitur hec iris iris vel iridis arcus
celestis·quasi aeris. eo q̄ ab aere descendat ad ter
ram·Vel eris grece latine dicitur lis·Inde hec iris
iris·vel iridis·id est·arcus celestis·Sed arcus pro
prie est via ipsius dee·& iris ipsa dea·Et dicitur
iris quasi eris·qui raro mittitur nisi ad litem & di
scordiam concitandam·& est nuncia & pedisseq̄ iu
nonis·Et nota q̄ iris nichil aliud est q̄ nubes soli
opposita· radijs solis multipliciter informata·Ea
enim est natura luminosi corporis vt semper in op
positam partem radios dirigat· Sol enim cum sit
luminosum corpus· radios suos mittit in partem
oppositā·in q̄ quandoqz nubem inuenit·que in vna
parte sui est densa in alia densior in alia densissima
Item in alia sui parte est raza·& in alia razior·& in
alia razissima·In illa que est densa solares radij qsi
in vitro inclusi rubeum colorem faciunt·In densio
ri ceruleum·In densissima nigrum·Item in rara p
te faciunt viridem. In rariori croceuz·In razissima
album·Et ita secūm maiorem densitatem illius nu
bis magis accedit ad colores nigredini affines·Se
cundum maiorem razitatem magis accedit ad colo
res albedini affines·Preterea nubes illa quoddam
corpus est compositum ex quattuor elementis &
aquosum·que solis radio accenso a quattuor elemē
tis quadripertitum contrahit colorem Contrahit
ab igne rubeum·Ab aere ceruleum. siue lucidū vel
purpureum·Ab aqua viridem·A tetra nigrū·Hic
est q̄ si videatur iris in mane videtur in occidente
Sed in vespere videtur in oriente· Si ī meridie vi
detur in septentrione·In meridie nunq̄ videri p=
test·cum sol in opposita parte nunq̄ possit esse·&
hinc ꝓptez varietatem colorum iris dicituz quedaz
gemma & etiam quedam herba·quia eius flos colo
rum varietate celestem arcum imitetuz·ita dicit hu
guitio·Et scias q̄ iris est signum federis inter deū
& hominem·sicut dixit dominus ipsi noe·gen·ix·
capitulo. Ponam inquit arcum meum in nubibus
celi·et erit signum federis inter me & inter terraz
Quia enim maxime timebat noe ne dominus iterū
aquas diluuij inundaret super terram·& noe quo
tidie orabat ne hoc fieret·vt iosephus refert·pepe
git dominus cum eo q̄ vltra non fieret diluuium·
& in signum federis huius posuit arcum suum in

nubibus·& est signum ꝺu orum iudiciorum arcus· sci licet iudicij per aquam pretriti siue facti·sed et iam vlterius non faciendi ne timeatur· & futu ri p ignem·vt expecketur· quia mundus quidem igne iudicij cremabit̄ ·sed aqua iaꝫ diluuij nō delebitur inde est ꝙ duos colores pn̄cipaliter habet·scz ceru leum·qui aque? est·& est exterior·qz preterijt· & rubeū qui est igneus·qui est interior·qz futurus ē ignis·sicut dicit magister in historijs·& gregor? tangit in octaua omelia ezech·Itē vt dicitur in hi= storijs. Tradūt sancti ·ꝙ quadraginta annis ante iudiciū non videbit̄ arcus· quod etiā naturaliter ostendit desiccatōez aeris iam in ceptā·Et in auro= ra ꝺr·Vt sancti tradūt ānis decies quater ante iu= diciū fugiet arcus & exul erit·Vide in antixp̄s·& in etas· & videt̄ quidē iris p die ex radio solis· & p nocte ex radio lune·Item aīaduerte ꝙ ex sole & nube formaē iris·qz ex vnione diuinitatis et hūani tatis fit recōciliatō hūani generis· Cornua huius arc? modo sūt ic̄lmata ad nos·qz apparuit benigni tas & hūanitas saluatoris dei nostri·Et ideo non timem?·sed in die iudicij vertenē cōtra nos·quan do veniet in nubib? celi cū potestate & maiestate magna·& ideo valde timendū est·qz horrendū est incidere in man? dei viuētis·Item vt dicit grego· in ezech·In arcu aqua & ignis apparet ·qz virtus spūssancti post mediatoris aduentū electos suos aq̄ baptismatis lauit·& igne ꝺiui amoris accēdit·

Trimos·exponit̄ in q̄rta ꝑte in ca·de scemate·

Tronia exponitur in quarta parte in capitulo de tropis·& ab ironia deriuatur ironicus ca·cū·pe= nultima correpta·& hinc yronice aduerbium·

Irrefragabilis· ex in & refragabilis ·componi= tur hic et hec irrefragabilis & hoc le·id est·muin= cibilis·cui resisti et instari non potest·

Irretio·ab in & retio·componitur irretio irre= tis·irretiui·re·titum·id est·illaqueare· impedire· reti inuoluere· verbum actiuum· Vnde irretit? irretita irretitum·penultima producta·

Irreuerens·exponitur in reuerens·

Irrigo irrigas penultima correpta in rigo rigas rigu?·ab irrigo irrigas dicitur irri exponit̄· guus irrigua irriguum·id est·madidus vel fertilis vel fecundus ·vel stercoratus·Vnde horatius in sermonibus·Irriguo nichil est elutius orto·Et hº irriguum irrigui·Iudi·primo·Irriguum superius & cetera·

Irrito·A ritus dicitur irrito irritas·media pro ducta·id est·prouocare·quasi contra ritum alicu= ius facere·Vnde in psalmo·Irritat aduersarius no men tuum in finem · Item irrito potest componi a ratus·& tunc est irritare euacuare·vanum facē· debilitare·destruere·et tunc corripit mediam·Vn de versus·Irritet hunc domin?·qui nos irritat ad iram· Vnde hoc irritamen irritaminis· & hoc irri tamentum irritamenti·& irritans irritantis· gene ris omnis· & irritus irrita irritum· id est·vanus · cassus·non firmus· & irritus· pro irritatus per sin copam·secundum huguitionem· Priscianus autez in decimo libro vult ꝙ irritus componatur ex in · & ratus· vnde dicit· Reor facit ratus participium & puto differentie causa·eo ꝙ ritus aliud signat· sed in compositione a·in i·correptam mutatur ·vt ratus irritus· Et nota ꝙ magister bene· loquens de irritus dicit·Michi tamen videtur ꝙ penultima sit tantum longa·quia sic apud omnes autores ve teres inuenitur·Vnde horacius in sermonibus·Se

gnius irritant animum demissa per aurem· Cōmu niter tamen tenetur· ꝙ irrito potest mediam corri pere· & p̄ducere ſcdm diuersas significationes·

Irrogo gas·in rogo gas·est

Irrugio gis·in rugio gis·exponitur·

Irundo·ab aer dicitur hec irundo irundinis· qa non residens·sed in aere capiens cibos erat quasi in aere vidēs·& hinc irūdinis? irūdinina irundini num.& irundineus irundinea irundineum·in eodē sensu·Irundinnus etiam dicitur puerus filius irun dinis·& cor·pnl'·Vide etiaꝫ in hirundo in h·

Is·ea·id· scribitur sine h· vnde in plurali ij·& ee·& ijs·sine h·debent scribi·& per geminuū j·et e· Sꝫ hi·he·his. debēt aspi rari·et per vnum i·et per vnum e·scribi·De hoc di xi in deus·et in hic et hec et hoc· Et scias ꝙ id est. sunt due partes sicut ostendi in hoc est·Et compo nitur is·ea·id·cum demum· et dicitur idem·eadem idem·Et scias ꝙ idem sicut et differens dicitur tri pliciter·scilicet idem genere· idem specie·et idē nu mero· Eadē genere sunt quecunqꝫ sub eodem ge nere contin entur ·vt homo et asinus et similia sub animali·Eadem specie sunt quecunqꝫ sub eadē spe cie continentur·vt socrates et plato sub homine·Idē autem numero dicitur tripliciter· Vno modo dici tur idem no mine vel diffinitione· Alio modo idez proprio·Tercio autem modo dicitur idem acciden te·Eadem nomine sunt quorum res vna est· nomi na vero plura·vt marcus tulli?· cicero·Eadem dif finitione dicuntur quorum vnum est diffinitio alte rius·vt animal rationale mortale et homo·Eadem proprio sunt quorum vnum dicit̄ esse proprium alterius·vt risibile et homo·Eadem accidente quo rum vnum est accidens alterius· vt socrates et albe do que in ipso est· Similiter dicitur differens tri pliciter·scilicet differens genere·differens specie· et differens numero· Differentia genere· sunt que cunqꝫ sub diuersis generibus continentur. vt ho mo continetur sub hoc genere animal. et arbor sb̄ hoc genere planta. Differentia specie·sunt quecun qꝫ sub diuersis speciebus continentur· scilicet que cunqꝫ sunt diuersarum specierum· vt homo et asi nus·Differētia numero· sunt quecunqꝫ faciunt nu merum·vt socrates et plato·Item inuenitur ys·quod interpretatur est·et est hebreum·

Isaac ex risu nomen accepit·Riserat enim pater quando promissus est ei· admirans in gaudio· Ri serat et mater quando promissus est ei dubitans ī gaudio·Vnde ysaac interpretatur risus vel pan̄·

Isachar interpretatur est merces·Vs quippe di citur est.achar merces·et hoc ideo quia mandraga ris filij ruben introitum viri qui rachel debebatur ad se emerat lya· Vnde et dum natus est dixit lya Dedit dominus mercedez meam·et corripit penul timam· Vnde in aurora dicitur· Est asinus fortis ysachar recubans ꝑpe metas· et acuitur in fine·

Isagoga ysagoge· id est· instructio vel introdu ctio·Vnde et apud dyaleticos introductiones ad artem dyaleticam ysagoge dicuntur·et etiam liber porphrij dicitur ysagoga·quia introductorij? est ad librum predicamentorum·Hinc hic ysagogus ysagogi·introductor literarum.et ysagogo ysago gas·introducere·et p̄ducit penultimā siue go·

Isboseth·vir confusionis interpretatur

Iscalidus·Ab excolo excolis dicitur iscalid? isca lida iscalidum· vt ager iscalidus quasi excolidus quia iam a cultura exierit ·sicut exconsul · quia a

consulatu discesserit.

Ischyros grece latine dicitur fortis

Ismahel interpretatur auditio dei. Sic enim scriptum est. & vocabis nomen eius ysmahel. quia audiuit eum deus. Et fuit ysmahel filius abrae a quo ysmaelite dicti sunt quidam. qui nunc corrupto nomine saraceni dicuntur. quasi a sara. & agareni ab agar. & inuenitur indeclinabile. & etiam declinabile. vt hic ysmael. huiꝰ ysmaelis. vide in saracenꝰ

Isopus ysopi. herba est pulmonibus apta purgãdis. ysopus etiam dicitur sparsorium aque quia in quibusdam locis fit ex illa herba. Vel dicitur sic. pter similitudinem purgationis. & est femmini generis. secundum huguitionem. Inuenitur etiam aliquando ysopum in neutro genere. Vnde macer ō viribus herbarum. Et ysopum siccum calidũ quo qꝫ tercius illi. Est in vtroqꝫ gradus & c̃. et corripit penultimaꝫ. Pectoris humores ysopi decoctō mundat. Item aliꝰ dicit. ysopus est herba purgãs de pectore flegma. Alij dicunt qꝫ ysopus est grecum. & producit penultimam. & istius opinionis fuit magister bene. Vnde dicit ysopus inuenit̃ corripere & producere penultimam. Vnde videtur mihi qꝫ magis debeat penultima produci. quia nobiliores autores vtuntur ita. Vnde bernhardus ait. Pectoris herba cauas rupes insedit ysopꝰ. Item alius. Ad pulmonis opus confert medicamen ysopus. Item ius sinapis cerebrum sed purgat pectus ysopus. & hec opinio magis michi placet.

Ispalis est quedam ciuitas. yspalim siquidem ciuitatem hispanie iulius cesar edificauit. quã ex suo & rome nomine iuliam romulam appellauit. yspalis autem a situ dicta est. quia in solo palustri suffixis in profundum palis locata sit. ne lubrico & instabili fundamento cederet. Dicitur ergo hyspalis quasi fita in palis. Vnd̄ hic et hec yspalensis et hꝰ yspalense. & corripit spa.

Israel. masculini generis indeclinabile. & etiam declinabile inuenitur hic ysrael. huius ysraelis. Iacob dictus fuit ysrael. & interpretatur vir videns deum. Is enim dicitur vir. ra. videns. el deus. Tũc eniꝫ hoc nomen accepit. quando tota nocte luctatus vicit angelum in certamine. & oriente lucifero benedictus est. & inde propter visionem dei ysrael appellatus est. sicut et ipe ait. Vidi dominũ facie ad faciem. & salua facta est anima mea. Et ex hinc duodecim tribus filiorum israel. vocabuluꝫ sortite sunt. Exo. decimo quarto. Fugiamus ysraelem. & hinc hic et hec ysraelita ysraelite. penultia producta. & ysraeliticus ysraelitica ysraelicum. penultima correpta. Et solent quidam in hoc nomie ysrael s. tacere. quia s. ante r. in eadem sillaba sonare non potest in latinis dictõibus. sed errant. Nõ enim ysrael est latina dictio vel greca. sed barbara & in barbaris dictionibus in multis licet barbarizare. Non enim barbaries vel lingua hebrea artaẽ sub regulis artis grammatice.

Isterelogia exponitur in quarta parte in capitulo de tropis.

Isteronproceron. exponitur in quarta parte in capitulo de tropis.

Istrorsuꝫ. id est. versus illam partem. ab isto. et versum componitur.

Italia ytalie. dicta ab ytalo rege. Et scias qꝫ ytalia olim a grecis occupata. magna grecia dicta est. Vnde ytalicus ca. cum. & ytalus ytala ytalum. sed hoc magis dicitur ab ytalo rege. & corripit primam ytalia. licet aliquando inueniatur longa per extasim. vt ytaliam profugus &c̃. vt dicit donatus.

Ytalus ytala ytalum. penultima correpta. & exponitur etiam in ytalia.

Itaqꝫ dictio composita antepenultimam acuit. Vnde coniunctio encletica. hic non inclinat accentum precedentis sillabe ad se. sicut dixi in secunda parte in capitulo de impedimentis encleseis.

Ite. imperatiuus est de eo is it. et producit primam. Vnde abite. circumite. redite. & huiusmodi producunt penultimas.

Item. est aduerbium similitudinis vel ordinis iter. Ab eo is. deriuatur. hec itio itionis. & hic itus. itꝰ. tui. & hoc itmer itineris. & hoc iter iteris & differunt. quia itus est via qua iri ab homine q̃ qꝫuersum potest. Sed iter & itmer diuersam habẽt significationem. Iter enim est locus transitu facilis Vnde et eum appellamus aditum. Itmer autem est iter longe vie. & ipse labor ambulandi. vt quo veliꝫ peruenias. Accipiuntur tamen quandoqꝫ in eadem significatione. & secunduꝫ hoc ex istis duobꝰ nominibus. scilicet iter & itmer effectum est vnũ. hoc modo iste nominatiuus iter est in vsu. sed ciꝰ obliqui non sunt in vsu. Item isti obliqui itineris itineri. itinere sunt in vsu. sed eorum nominatiuus aboleuit et sic factum est. vt ex istis obliquis & exillo nominatiuo iter efficeretur vnum nomen. et declinatur hoc iter. huius itineris. et ab isto genitiuo iteris. qui non est in vsu. descendit itero iteras. i. ire. vel repetere. et secundum hoc est actiꝫ. vnde verbalia iterator. iteratrix. iteratio. et iteruꝫ aduerbium ordinis vel temporis. et iteratim similiter aduerbiũ ordinis. vel qualitatis. et in hac significatione inuenitur iste ablatiuus iterato positus aduerbialiter. Itero componitur reitero reiteras. id est. iterum repetere. Vnde reiteratim. et reiterato positum aduerbialiter

Itero iteras in iter exponitur.

Iterum. id est. altera vice. quasi iter alterum. secundum papiam. vide etiam in iter

Itidem. Item aduerbium similitudinis est. vel ordinis et componitur per geminationem. et dicituꝫ itidem. vel identidem. id est. item et item. et iterũ et iterum. vel similiter. et inẽ vtraqꝫ interponitur t. et deberet dici itemtitez. per t. sed causa euphonie mutatur t. in d. et m. in n. ante t. et dicit̃ identidem. Possunt etiam ibi identidem et itidem esse pronomina neutri generis. et tantum in nominatio et accusatiuo. et vtrunqꝫ est compositum ab idez gemmato. et in vltimo interponitur t. et tantũ valet itidem vel identidem quantum idem et idem vel simile.

Itiner itineris. in iter exponitur.

Itio itionis. in iter exponitur.

Itum supinum de eo is it. corripit primam siue i. ante t. cum suis compositis vt aditum. initum. peritum. Preter ambitum supinum. et ãbitus participia que producunt i. sed hic ambitus ambitus. ambitui nomen. corripit penultimam.

Itus. itus. in iter exponituꝫ.

Iuba iube. feminini generis. dicitur a iubeo iubes. Et est iuba crinis equorum et etiam aliorum animalium irrationalium et iuba etiam dicitur crista que galee superponit̃. vel propter noticiam. vel propter frustrationem ictuum. et inde iubatus iubata iubatum. id est.

crinitus. vel cristatus. et iubosus iub osa. inbosum. id est. iubis abundans.

Iubar. a iuba iube. dicitur inbar inbaris. id est. splendor vel initium ortus solis. vel sol vel lucifer quia propter radios quodlibet istorum. videtur iubatum. quia dirigit radios ad modum iubaris. Et scias q̄ ablatiuus desinit in e. & corripit penultimam genitiui. vt vult priscianus in libro de accentu. Item corripit primam syllabam. Vnde vindocinensis. Exemplum quasi sol collaterale iubar. De hoc dixi in secunda parte vbi egi de accentu nominum desinentium in ar.

Iubeo. iubes. iussi. iussum. iubere. id est. imperare. Sed iubere est vbi est voluntatis obsequium. Imperare est debiti. idem est & precipere & componitur fideiubeo fideiubes. Iubeo est actiuus cū omnibus suis compositis. & corripit hanc syllabam iu. Vnde thobias. Hoc precor. hoc iubeo. toto corde in nomine. tota Ex anima. toto dilige corde deū &c̄

Iubileus. a iubilo iubilas dicitur hic iubileus iubilei. id est. annus requietionis. gaudij & leticie & remissionis quo serui libertati donabantur. debita relaxabantur. captiui absoluebantur. possessiones gratis restituebantur. ita dicit huguitio. In historijs autem super gen̄. xiiij. dicitur. Ab hac victoria abrae traduntur iubileum habuisse initium p̄ hac remissione captiuorum. Iobel enim remissio. vel initium dicitur. Vnde iubeleus. id est. remissiuus vel initians. Ob hoc autem constitutus est quinquagesimus. quia tunc erat loth (vt dicūt q̄dam) quinquaginta annorum vel tunc erat quinq̄gesimus annus ex quo dominus deus locutus erat abrae in via. vel ex quo egressus est de carran. Et scias q̄ iubileus vt dixi potest deriuari a iubilo iubilas. & sic dicendum est iubileus per i. in antepenultima syllaba. Vel potest deriuari a iobel. & sic dicendum est iubeleus per e. in antepenultima & penultima syllaba. In prima autem syllaba causa euphonie scribitur per u. non per o. vide in penthecoste. & quinquagesima.

Iubilus. iubili. id est. argutus. sonorus. & letabundus cantus. proprie quidem iubilus est vox cōfusa pre gaudio. Vnde iubilo iubilas. id est. cantare. gaudere. quadam voce confusa pre gaudio cantare. et exultari. secundum huguitionem. Vel secūdum quosdam iubilus est gaudium quod verbis explicari non potest. nec tamen penitus reticeri. Vt iubilus est cum tanta leticia corde concipitur. quanta sermonis efficacia non expletur. vt dicit papias. Vnde et in grecismo dicitur. Fertur inexpleta iubilus leticia mentis. Q̄ autem dicit iubilare quasi iuuanter laudare. vel letari. ethimologia est

Iuda. filius iacob confessio interpretatur. Quando enim eum peperit lya. laudem domino retulit. dicens. Nunc super hoc domino confitebor. Et nota q̄ pro filio iacob inuenitur iudas. vel iuda iude & iuda indeclinabile. & hinc iuda iude. vel iuda indeclinabile. tam pro populo q̄ pro terra iudeorum. & quando est indeclinabile debet accentuari in fine iuda causa differentie. secundum huguitionem Et alexander dicit. Cum declinatur demittitur vltima iuda. Cum manet immota ipsius postrema leuatur. Et a iuda vel iudea dicitur iudaicus ca. cū

Iudas iacobi. qui appellatur alibi lebeus. figuratum nomen habet a corde quod nos diminutiue corculum possumus appellare. Ipse in alio euangelista taddeus dicitur. quem ecclesiastica historia tradit missum ediss̄am ad abagarum regem. Nam vt ibidem dicitur. predictus rex abagarus domino nostro iesu christo in hunc modum epistolam misit vel destinauit. Abagarus euchanie filius. iesu saluatori bono qui apparuit in locis hierosolimorum salutem. Auditum est michi de te & de sanitatib? q̄s facis. q̄ sine medicamētis aut herbis fient ista per te. & q̄ verbo ceces facis videre. claudos ambulare. leprosos mundari. & mortuos reuiuiscere. quibus omnibus auditis de te. statui in aīmo meo vnum esse e duobus. aut quia tu sis deus & descendens de celo vt hec facias. aut q̄ filius dei sis qui hec facis. Preterea ego scribens rogauerim te. vt digneris fatigari vsq̄z ad me. & egritudinem meaz qua diu laboro curare. Nam & illud comperi q̄ iudei murmurauerunt aduersum te. & volunt insidiari tibi. Veni igitur ad me. quia est michi parua ciuitas. sed honesta que vtrisq̄z sufficit. Dominus autem in hec verba sibi respondit. Beatus es quia credidisti in me cum ipse non videris me. Scriptū est enim de me. quia hi qui non me vident credent in me. & hi qui vident non credent. De eo autem q̄ scripsisti ad me vt veniam ad te. oportet me omnia hec adimplere p̄pter q̄ missus suz. et postea recipi me ab eo a quo missus sum. Cum ergo assumptus fuero aliquem de discipulis meis mittam ad te. vt curet te & viuificet te. Hec i historia ecclesiastica. Videns autez abagarus q̄ presentialiter christum videre non posset. secundum quod in quadā historia antiqua inuenitur sicut iohannes damascenus in libro quarto testatur. pictorem quendā ad iesum misit. vt domini imaginem figuraret. vt sic ipsum saltem per imaginem conspiceret. quem in facie videre non poterat. Sed cum ad dominum pictor venisset. propter nimiuz fulgorem qui ab eius facie procedebat in eius faciem clare nequibat intendere. nec ipsam vt sibi iussum fuerat figurare. Quod cernens dominus vestimentum lineum ipsi? pictoris accipiens. & sue faciei superimponens sui ipsius imaginem eidem impressit. ac desideranti regi abagaro destinauit. Illa autem epistola domini nostri iesu x̄pi tante virtutis fuisse dicitur. q̄ in illa ciuitate edissa nullus hereticus vel paganus viuere valeret. nec tyrannus aliquis eidem nocere p̄sumeret. Nam si aliquando gens aliqua manu armata contra illam ciuitatem insurgeret. infans aliquis super portam stans epistolam illam legebat. & illa die hostes aut fugiebant aut pacati cum eis componebant. sic fertur olim fuisse adimpletum. Sed postmodum illa ciuitas a sarracenis capta fuit & prophanata. sublato beneficio propter abundātiam peccatorum in oriente vndiq̄z patefactam. Postq̄ vero dominus assumptus est (vt i ecclesiastica historia legitur) misit apostolus thomas taddeum ad abagarum regem secundum domini promissionem. qui cum ad eum venisset. & se discipulum iesu christi sibi promissum dixisset. vidit abagarus in vultu taddei quendam mirum & diuinuz splendorem. quo viso. stupefactus & territus dominum adorauit dicens. Vere discipulus es iesu filij dei. qui dixerat michi mittam ad te aliquem ō discipulis meis. qui te curet & vitam tibi prestet. Cui taddeus. Si in dei filium credideris. omnia tui cordis desideria obtinebis. Cui abagarus. Credo vere & iudeos qui eum crucifixerunt libentius trucidarem. si michi possibilitas adesset. neq̄q̄tiam autoritas romanorum impediret. Cum igit̄ abagar?

vt in quibusdā libris antiquis legitur leprosus eēt
taddeus epistolam salvatoris accepit & de ea eius
faciem confricauit · & statim plenam sanitatem ac
cepit · Et nota q iudas interpretatur confitens vl
gloriosus · Vel iudas dicitur quasi iubilum dans ·
Ipse enim habuit confessionem fidei · gloriaz regni ·
& iubilum eterni gaudij. Hic multiplex habuit co
gnomen vt tactum est. Dictus enim iudas iacobi
supple frater · Fuit enim frater iacobi minoris · Se
cundo dictus est taddeus · quod interpretatur ap
prehendens principem · Ipse enim apprehendit chri
stum principem per fidem formatam tenuit nec di
misit · Tercio dictus est in ecclesiastica historia le
beus · qō sonat ās cor · vel corculus · i · cordis cultor

Iudas scarioth · vel scariothis · vel a vico in quo
natus est · vel a tribu ysachar vocabulum sumpsit ·
quodam futuri prefagio in condemnationē sui Isa
char enim interpretatur merces vt signaretur pre
cium proditionis quo vendidit dñm · Scarioth in
terpretatur memoria mortis · quia non repente p
suasus · sed diutius meditatus · peregit scelus.

Iudeiso iudeisas iudeisaui · dicitur a iuda vel a
iudea · Et est iudeisare iudeum facere · vel iudeoruz
more se habere · & hinc iudeismus iudeismi · id est ·
consuetudo & ritus iudeorum · vel gens iudeorū ·

Iudeus · a iuda filio iacob dicitur iudeus iudea
iudeum · quod nomen scissura decem tribuum he
breis imposuit · Nam ante hebrei vel israel dicti
sunt · sed ex quo in duo regna populus dei diuisus
est · tunc due tribus que de stirpe iuda regem habe
bant iudeorum nomen sortite sunt · Reliqua pars
decem tribuum que in samaria regez sibi constituit ·
ob populi magnitudinem pristinum nomen obti
nuit israel · Et interpretatur iudeus confessor siue
confitens · Nomen vero modo nudum eis conuenit
interpretatio autem eius · ab eis longe absentatur ·
Non enim vere nomine nunc dicuntur confessoēs
sed transfessores potius · Et a iudeus dicitur hec iu
dea iudee · terra eorum quam incoluerunt. Et hinc
potest modo sumi iudeus iudea iudeum · gentile ·
scilicet qui est de terra illa.

Iudex · a ius dicitur hic iudex iudicis · iudices · iu
dicum · Vel hic & hec iudex iudicis · communis ge
neris · vt dicunt quidam · Et dicitur iudex quasi ius
dicens populo · vel iure disceptans · & est ethimo
logia · Iure autē discepare · est iuste iudicare · Nō
enim est iudex si non est in eo iusticia · Vnde & iu
dicium prius inquisitio vocabatur · Vnde & auto
res iudiciorum et prepositos questores · vel quesi
tores vocamus ·

Iudiciarius rij · in iudicium est.

Iudicium · a ius dicitur hoc iudicium iudicij qua
si iuris dictio & ostensio · & est iudicium dum di
scernit · Causa cum proponitur · Iusticia cum finiē
& hinc hoc iudiciolum iudicioli · diminutiuum · &
iudiciarius iudiciaria iudiciarium · quod pertinet
ad iudicium · & hic et hec iudicialis & hoc iudicia
le · in eodem sensu · vide in suspicio ·

Iudico iudicas iudicaui · a iudex dicitur · & est
iudicare · iure disceptare · ius dicere · determinare
causam · vel iudicio damnare · & inde iudicatorij
iudicatoria · iudicatorium · & hoc iudicatorium iu
dicatorij · locus vbi iudicatur · & hic et hec iudica
bilis · & hoc iudicabile. Iudico componitur adiu
dico adiudicas · id est · scribere · destimare · Coniu
dico coniudicas · id est simul iudicare · Diiudico di
iudicas · Preiudico preiudicas · Vnde hoc preiudi
cium preiudicij · Iudico est actiuum cum omnibus
suis compositis · & corripit di · syllabam ·

Iudith · vidua laudanda que interfecit olofernē
& liberauit israel de manu hostis · & interpretatur
laudans vel iudea · vel confitens ·

Iugabilis · A iugo iugas dicitur hic et hec iuga
bilis · & hoc iugabile · quod etiam hic & hec iugalis
& hoc iugale muenitur per sincopam · id est · iungi
bilis · vel iugo habilis ·

Iugalis · a iugum dicitur hic et hec iugalis & hō
iugale · id est · iugo assuetus · sub iugo positus quasi
domitus. Item muenitur iugalis · id est · iungibilis
& dicitur tunc a iugabilis per sincopam · In secun
do regum capitulo octauo habetur. Subneruauit
omnes iugales currum · & producit ga ·

Iugerum iugeri scōm quod communiter accipi
tur · est spacium terre quod vnum aratrum potest
arare in die · & inuenitur hoc iuger iugeris in eadē
significatione · Vsidorus sic dicit in libro ethimolo
giarum · Iugerum constat longitudine pedum du
centorum quadraginta · latitudine centum viginti
& corripit penultimam ·

Iugis · a iugum dicitur hic et hec iugis & hoc iu
ge · id est · assiduus · continuus · perseuerans · Et p
ducit primam · sed iugum eam corripit · Vnde ver
sus · Expers esse iugi veneris nequeo prece iugi ·

Iugitas iugitatis · femimini generis · id est · assidui
tas · perseuerantia · Et formatur a datiuo iugi · addi
tatas · fit iugitas · & corripit penultimā ·

Iugiter aduer · id est · assidue · continue · pseueran
ter · & dicitur a iugis.

Iuglans iuglandis femimini generis componitē
a ioue · & glans · & dicuntur iuglandes castanee q̄
si iouis glandes · quia sint consecrate ei · vel quia
sint cibus ioue dignus ·

Iugo iugas iugaui iugare · dicitur a iugum · & ē
iugare · copulare · iungere · sub iugo ponere · Et cō
ponitur cum con · & dicitur coniugo coniugas · id
est · coniungere · sub eodem iugo ponere · Item cuz
dis · et dicitur disiugo disiugas · id est · disiungere ·
separare · remouere a iugo · Item cum sub · & dicitē
subiugo subiugas · id est · debellare · sub iugo pone
re · Iugo iugas actiuuz est cum omnibus suis com
positis · & corripit hanc syllabam iu ·

Iugulo · A iugum dicitur hic iugulus iuguli ·
guttur vel gutturis incisio · Lucanus in secundo ·
His dabit hic pacem iugulus finemqz malorum ·
Et a iugulus dicitur iugulo iugulas · id est · iugulū
incidere · Et hinc verbalia iugulator · iugularix · iu
gulatio · & iugulatorius · iugulatoria · iugulatoriū ·
& hoc iugulamen · iugulaminis · & hoc iugulamen
tum iugulamenti · & corripit gu · Horacius in epy ·
Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones ·
Lucanus in quarto · Vincitur haud gratis iugulo
qui prouocat hostem ·

Iugulū li · dimi · paruū iugū ·

Iugum · a iungo iungis · dicitur hoc iugum iugi
cacumen montis · quia propinquitate iugorum col
les iungantur · et inde iugosus iugosa iugosum · id
est · cacuminosus · vel montuosus · Dicitur etiam
iugum illud ligneum instrumentum cū quo boues
iunguntur · Vnde quadam similitudine iugum di
citur seruitus · & inde hic iugulus · et corripit pri
mam iugum · Prosper. Non serule grauat libera
corda iugum ·

Iulianus · iuliana iulianum nomen est possessiuū
de iulius cesar · & hinc iulianus · iuliani · dicitur

proprium nomen cuiusdam viri.

Iulius. Iulus iuli. fuit filius enee. & est bissillabum. licet quandoqz causa metri ponatur trissillabum. & hinc cesar dictus est iulius. quia de eiusdem progenie processit. Vnde illud. Iulius a magno dimissum nomen iulo. & hinc iulius iulia iulium. nomen possessiuum. & hec iulia iulie quedaz columna rome. in cuius sumitate est vna. in qua posita fuerunt ossa et cinis corporis cesaris. & hic dicta est iulia. Itez a iulio impatore dictus est hic iulius iulij. quidam mensis qui primo vocabatur quintilis. sed postea in honorem iulij cesaris qui eo mense natus est. vel qui in eo aliquam victoriã obtinuit. dictus est iulius. & hinc iulius iulia. liũ. De hoc etiam vide in quintilis.

Iulos proprie. prima barba. scilicet lanugo dicitẽ ulus iuli. in iulius iulij vide.

Iamentum iumenti. a iuuo iuuas. vel a iuuamentum per sincopam dicitur hoc iumentum iumenti. equus vel bos vel asinus. et dicuntur huiusmodi animalia iumenta. quia nostrum laborem vel onꝰ suo adiutorio subuectando & arando iuuent. Nã carpenta trahit bos. & durissimas terre glebas vomere euertit. Equꝰ & asinus portant onera. & hominum in gradiendo laborem temperant. vnde & iumenta appellantur quia iuuant homines. Eadez quoqz dicuntur armenta. Et a iumentum. dicitur iumentarius. iumentaria. iumentarium. quod pertinet ad iumentum. & hic iumentarius iumentarij & hec iumentaria iumentarie. custos iumenti.

Iuncata iuncate. est lac concretum. & in iuncis emolutum. et dicitur a iuncus iunci.

Iunceus cea. ceum. in iuncus vide.

Iuncus iunci dicitur a iungo iungis. quia eo aliquid iungitur & ligatur. vel quia iunctis radicibus hereat. Vnde hic iunculus iunculi diminutiꝫ. & hoc iuncetum iunceti. locus vbi iunci abũdant Et iunceus iuncea iunceuz. id est. de iuncis existẽs vel ad iuncos pertinens. vel macer. vel subtilis ad modum iunci.

Iungibilis. A iungo iungis. deriuatur hic et hec iungibilis. & hoc iungibile. aptus ad iungendum. Vnde iungibiliter aduer. & hec iungibilitas tatis.

Iungo iungis. iunxi. iunctum componitur cum ab. & dicitur abiũgo abiungis. abiunxi. abiunctũ id est. separare. & cum ad. & dicitur adiungo adiungis. id est. ad aliquid iungere. & cum con. & dicitur coniungo coniungis. id est. simul iungo. Itez cum dis. & dicitur disiungo disiungis. id separare diuidere. Item cum in. & dicitur iniungo iniungis id est. precipere. Item cum re. & dicitur reiungo reiungis. id est. disiungere. vel iterum iungere. Item cum sub. & dicitur subiungo subiungis. id est. subtus. post. vel latenter iungere. Item cum se. & dicitur seiungo seiungis. id est. seorsum iungere. vel seorsum a iunctura facere. id est. disiungere. Iũgo & eius composita sunt actiua. et faciunt preteritũ in xi. et supinum in ctum.

Iunipirus. Pir quod est ignis componitur cum gigno. & dicitur hic iunipirus iunipiri. quedam arbor cuius cineres pleno anno seruant ignem. et dicitur iunipirus quasi gignipirus. id est. gignens pir. id est. ignem. quia contectum diu teneat ignẽ. adeo. vt si prune eius cinere fuerint cooperte vsqz ad annum perueniunt. Vel dicitur sic. quia ab amplo vsqz ad acutum finit vt ignis.

Iunix. in maꝰ exponitur. & etiã in iuuenis.

Iunix iunicis. femínin generis. a iuuando dicitur & est idem qꝺ iuuencula. id est pazua bos. secundũ huguitionem. Papias vero dicit. Iunices. boues iuuenes. & producit penultimam genitiui. Vnde pius. Tot tibi in flamis iunicũ omenta liquescunt.

Iuno iunonis. femmini generis. dicitur a iuuo iuuas. quasi iuuans nouos. Est enim iuno diuina boĩtas. que nouos iuuat. quia cũcta gratia sua nutrit Est etiam aer qui similiter iuuat nouos. quia infantes a calido et humido vtero venientes. et similiũ qualitatum beneficia poscentes recipit fouens humore et calore. quia ipse solus inter elementa calidus est et humidus. Hinc etiam esse dicitur lucina id est. dea partus. Vel iuno dicitur quasi iano a iuuo. id est. ianua propagationis feminarum. quia quasi portas matronarum pandit et naturas nubẽtium maritis. Est enim dea parturientium et nubẽtium. et a iuno dicitur iunonius iunonia iunoniuz. id est. res pertinentes ad iunonem. vel res iunonis sicut pauo qui dicitur auis iunonia. Vnde ouid. de arte. Laudatas ostendit auis iunonia pennas.

Iunoniꝰ nia. niũ. exponitur in iuno.

Iupiter. exponitur in iouis. Nota tamen hic. qꝺ sapientes philosophi ioui que est vna septem stellarum erraticarum tonare attribuunt. cuius nulla alia causa ẽ. nisi quia iupiter habet in proprietate eleuare ventorum fortium et siccorum materiam. precipue quando fuerit coniunctus in virtute aliqua cum marte tempore estiuo in signis aquilonaribus. quia tunc certe potest predici qꝺ multe scintillationes et tonitrua fient in aere. ita vt etiaz periculum sit futurum hominibus propter aeris pestilentiam ex nimia corruptione futura propter vapores incensos et pestiferos immixtos aeri. quia iupiter cuz sole eleuat eos. et mars incendendo corrumpit eosdem. et ita aer fit venenosus. Quecũqz autem ab auguribus. vel a fabulosis inuenta legũtur. qꝺ iupiter sit deus vel huiusmodi fauola sunt et absqz consideratione phĩca dicta. nec dignum ẽ vt disputetur contra ea que quasi nulli rationi innitũtur. et sic tanqꝺ fidelis theologus intelligo cõ similia a me in hoc opere refutãda. Vide in hymẽ et etiam in cometa.

Iuratus. iurata. iuratum. dicitur a iuro. iuras. iuraui. quod iuratus facit. et ponitur actiue vel passiue. Vnde ouidius. Tu michi iuratus p̃ numina matris aquose. actiue dixit. Et aliter. Iurata numina non te reducunt. passiue dixit. De hoc vide supra in tercia parte in tractatu de preteritis secũ de coniugationis. in capitulo de desinentibus in deo. et in pransus.

Iurgium iurgij. et hoc iurgamen iurgamínis. in eodem sensu. et dicitur a iurgo gas. Et est iurgiũ litigatõ. vel verberatõ. quasi iuris garriũ. vel quasi iuris actõ. scõm hug. Vel scõm papꝰ. Iurgiũ dicitur conuitiũ. causalis cõtentio.

Iurgo gas. componitẽ a ius. et garrio. vel ago. et diciẽ iurgare. i. iure agere. vel iure garrire. qz bi qui causam dicũt iure disceptãt. Et accipiẽ iurgare in duabꝰ significatõibꝰ. Iurgare eñ est rixari. litigare. et ꝓprie in causis agẽdis. Et iurgare est reꝓhendere. castigare. corripe. corrigere. culpare. et ĩpugnare verbis. vel litigando verberare. Et secundũ hoc ostruiẽ cũ actõ. et componiẽ. Obiurgo gas. i. otra aliquẽ vel fortiter iurgare. Et sũt neutẽ et absoluta. ꝓ litigare. In alia vero significatione sũt actiua. Et nota qꝺ in eodem sensu inueniuntur

deponẽtia iurgorgaris·gatus·sũ· et obiurgor garis·gatus·sũ· Item nota q̃ iurgam⁹· & obiurgamus verbis.sed castigamus dum cedimus.

Iuridicialis·a ius et dico cis.ponĩ·hic et hec iuridicialis & hoc le·q̃ de iure tractat· Vñ & q̃dã cõstitutõ in arte rhetorica dr iudicialis q̃ de iure

Iuridicus ca·cũ·i.rectus·qui dicit ¶ tractat : ius·& ponĩ a ius·& dico cis·xi·et cor·di· sic̃ dixi cõpit di·naturaliter.

Iurisconsult⁹·i.iurisperit⁹·scõm papiam· Iurisdicio onis·ponĩ a ius·& dicio onis· qõ ẽ ptãs·& dicĩ iurisdicio·i·iuris ptãs·sup aliquẽ·& scribitur p c·solam sicut dicio.

Iuro ras·raui·ratũ·a iure dicĩ· Et ponĩ adiuro ras. Cõiuro ras. in eodẽ sensu ·scz exorcizare & cõiurare.i·simul iurare·cõspirare·cõiuratõez facẽ· Deiero ras·i·valde iurare vel peierare·Reg̃.primo ca·xx·dicĩ· Addidit ionathas deierare dauid ẽ·valde vel firmiter iurare·Peiero ras·i·piuriũ cõmittere·Et nota q̃ in istis duob⁹ verbis scz deiuro & piuro·quib⁹ vtebanẽ antiqui nos mutam⁹ u·in e·correptã·subtracta r·a scõo verbo·et dicimus deiero ras·& peiero ras·p piuro ras·& deiuro ras·Luca·in vj· Vos estis o supi stigias q̃ peierant vndas·Iuro ras.neutr⁹ est cũ oĩbus suis cõpositis·pter adiuro & cõiuro·p exorcisare que sũt actiua·Vide etiã in iurat⁹·& in mẽtior·Et scias q̃ iurare scõm augustinũ·ẽ ius veritatis deo reddẽ· Iuramentũ aũt a iuristis sic diffinĩt· Iuramentũ ẽ affirmatõ vel negacõ de aliquo sacro rei affirmatõne firmata· Tria aũt requirũtur ad hoc q̃ iuramẽtũ sit rectũ· Vnũ ex pte ipius rei de qua iurat· & sic requirĩt veritas p quã vox siue dictũ rei adeq̃tur.alias dictũ nõ esset ofirmatõe dignũ· Et hic sumĩt veritas scõm quod ẽ adequatio vocis ad rem· vnde veritas debet eẽ in conscia· vt firmiter sciat ita esse· alias si tm̃ credat·nõ debet de conscia sed de credulitate iurare· Aliud requirĩt ex pte cause· p qua iurat· et sic requirĩt iusticia·alias nõ est debita necessitas· Debet em̃ id quod iurat esse licitũ & honestũ· Terciũ requirĩt ex pte iurãtis· & sic requirĩt vt cũ discretõe iuret·alias nõ adhibeẽ debita cautela·& sic est iudiciũ·& cõtingẽ in iudicõ q̃ sit discretõ iurãtis·debita forma·et eũctus & tempus·& oĩa que ex pte iurãtis cõsideranda occurrũt· De his dicĩ hieremie ẽrto·Iurabũt dicit dñs in veritate & iusticia & iudicio· Vel dic q̃ veritas requirĩt quantũ ad iurantẽ· q̃ scz dicat qõd habet in conscia· Justicia quo ad rẽ iuratã· q̃ id quod iuratur sit licitũ & honestũ· Judiciũ requirĩt quo ad causã que inducit ad iurandũ· vt nõ iuret etiã sine necessitate & vtilitate p̃simi· Itez nota q̃ quãdo iuramentũ vergit in deteriorẽ exitum nõ debet seruari· Potest aũt iuramentũ in deteriorẽ exitũ vergere dupliciter· Vno mõ·qr ab ipo principio habz peiorẽ exitũ· vel qr scõum se est malũ· sicut cũ aliq̃s iurat se adulteriũ patraturꝝ· sũ qr ẽ maioris bonitatis impeditiuũ· puta cũ aliquis iurat se nõ intraturũ religionẽ· vel q̃ nõ fiet cleric⁹· aut q̃ non accipiet platõem in casu in quo expedit eũ accipe· vel siquid aliud ẽ huiõi· Tale em̃ iuramẽtũ a principio est illicitũ· Differẽter tm̃·qr si quis iuret se facturũ aliquod peccatũ·& peccauit iurãdo·& peccat iuramentũ seruãdo· Si quis aũt iurat se nõ facturũ aliquod meli⁹ bonũ qõd tamẽ facere nõ tenetur· peccat quidẽ iurando inquãtũ ponit obicem spiritui sancto qui ẽ boni ꝓpositi inspirator· tamẽ nõ peccat iuramentũ seruando· sed multo melius facit si nõ seruet· Alio modo vergit ad deteriorem exitũ ꝓpter aliquid qõd de nouo emergit quod nõ fuit pmeditatũ· sicut patet in iuramẽto herodis : qui iurauit puelle saltanti se daturũ quod petisset. Hoc em̃ iuramentũ potezat a principio esse licitũ intellecta debita cõditione·scz si peteret quod daẽ deceret· sed impletio iuramẽti fuit illicita· Vnde ambr̃o·dic̃ in li· de officijs· Est cõtra officiũ nõnũ q̃ pmissũ soluere sacramentũ· sicut herodes q̃ necem sancti iohãnis pstauit ne pmissũ negaret· Volo etiã te scire·q̃ quando nõ est eadẽ iurantis intẽtio·& eius cui iuraẽ si hoc ꝓuenit ex dolo iurantis debet iuramentũ seruari scõm sanũ intellectũ eius cui iuramentũ pstatur· Vnde ysidor⁹ dicit· Qua cũq̃ arte verbor⁹ quis iuret· Deus tamẽ qui conscientie testis ẽ ita hoc accipit·sicut ille cui iuratur intelligit·et qõ id intelligaẽ de doloso iuramento patet p id quod subdĩt· Dupliciter reus fit· q̃ & nomẽ dei inuanũ assumit· & p̃simũ dolo capit· Si aũt iurans dolũ nõ adhibeat ·obligaẽ scõum intentõem iurãtis· Vnde grego· xxvij· moza· Hũane aures talia verba nostra iudicãt·qualia foris sonant Diuina vero iudicia talia foris audiũt· qualia extimis proferuntur· vide in periurus·

Ius iuris·dicitur a iubeo bes·quia iubet· Et est ius lex humana· Fas lex diuina· Transire autez per agrum alienum fas est· Ius vero non est· Item ius dicitur esse lex scripta· Item leges humane sunt· Iura diuina sunt· Item ius generale est· Lex eius species·& caret hoc nomen ius genitiuo· datiuo· & ablatiuo pluralibus·quantuz ad vsum secundũ huguitionem.& differt ius a iusticia ·vt dicam in iusticia· ¶ Et scias q̃ ius inuenitur in alijs significationibus· Vnde versus· Ius aqua· ius rectum· ius dicitur esse potestas· Item ius prophanum dicitur brodiuz vel aqua in qua coquuntur carnes porcine·que prophane sunt iudeis· Et dicunt quidam ius iuris·pro lege·vel potestate·vel ratione p ris· Sed ius iutis per t·pro aqua vel brodio· Sed priscianus non facit istam differentiaz· Vnde in sexto libro dicit· Ius ablata s·& addita ris·fit genitiu⁹ vt ius iuris· vt neutra monasillaba in us ·desinentia· Michi autem videtur q̃ pro brodio facit genitiuum in tis·vt ius iutis·sicut ex vulgari aliquorũ sonat· Vnde versus· Ius iutis mando·ius iuris in agmine pando·

Iusiurandum· iusiurandi ·generis neutri·id est · iurisiuratio·

Iusta·a iustum deriuatur pluraliter hec iusta iustorum·id est·exequie mortuorum·quia iustum est vt homo hominem· cinis cinerem sepeliat· Vnde ouidius Iniusta iuste peregi·

Iusticia.a iustus iusti·addita cia· fit hec iusticia iusticie·& est iusticia constans.& perpetua voluntas reddens vnicuiq̃ quod suuz est· Et differt ius a iusticia·quia ius est ars equi et boni·sed iusticia ẽ constans & perpetua voluntas· vel est virtus tribuens vnicuiq̃ quod suum est·Item omne ius est iusticia ·sed non econuerso·Item ius dicitur in re·sed iusticia in actu·& exercitio vel operatione· vnde et dicitur iusticia quasi iuris status vel statio · quia per iusticiam stat ius. id est· exercetur· & est ethimologia Et sicut dixi in formido facile deuiat a iusticia ·qui in causis non deum sed homines formidat·

Iustifico·iustificas·iustificaui·iustificare·verbuz

actiuum · id est· iustum facio·& compo nit uz a iu stus·& facio facis·et cozripit fi·

Iustitium ·a ius·& taceo·componitur ho c iusti= tium iustitij ·id est·taciturnitas iuris· & cessatio · Vel iustitium componitur a ius·& statio· Inde iu stitium quasi iuris statō·id est·iuris c essatio· Tūc enim ius stat·id cess at·cum non exercetur· Vel iu stitium quasi iuris statio·id est·iustitia·que est iu= ris statio·quia per iustitiam ius stat·id est· non ex ercetur ·Lucanus in secundo· Ferale per vrbem iustitium·

Iustus·a ius dicitur iustus iusta iustum·Et dici tur iustus· quasi ius tuens vel tenens· scilicet qui ius custodit·& secundum legem viuit· & est ethi mologia· Et comparatur iustus ·iustior· iustissi= mus. Vnde iuste iustius·iustissime·aduerbium·Iu stus componitur iniustus·id est·non iustus. Vn= de hec iniusticia iniusticie·& differt iustus ab equo quia iustus ex lege est·quasi ius custodiens·Equs ex natura est·Et scias q̄ qui negligit damnum p= pter amicum·id est·christuz·iustus est· Prouerbio rum vndecimo·vide in seuerus·

Pusum est aduerbium loci·id est· deorsuz·& cō trariū est ei quod est susum vel sursum·

Iutus ·iuta· iutum·id est·adiutus· participium de iuuor iuuaris·

Iuuamen· iuuamīis· dicitur a iuuo iuuas· & hoc exigit vt in preterito dicatur iuuaui & in supi no iuuatum regulariter · quod apud antiquos in uenitur·& hoc etiam exigit hoc iuuamentum iuua menti·& producit penultimam iuuamen·iuuamīs

Iuuenalis·a iuuenis dicitur hic et hec iuuenalis · & hoc iuuenale· quod pertinet ad iuuenem· vel la sciuus siue stultus ·& fatuus ad modum iuuenis· Inuenitur etiam hic & hec iuuenilis & hoc iuueni le ·in eodem sensu· vnde iuueniliter aduerbium· & hec iuuenilitas iuuenilitatis· Vnde horaci? in epy· Alta iuuenales tardat arena pedes· Inuenitur etiā hic iuuenalis·huius iuuenalis·proprium nomē cu iusdam viri·& desinit ablatiuus in e·tantum·vt iu uenalis·ab hoc iuuenale·

Iuuenculus·iuuenculi·diminutiuum· paruus iu uencus·vnde hec iuuencula iuuencule·que alio no' mine dicitur iunix·

Iuuencus·a iuuo iuuas·dicitur hic iuuencus iuuē ci· id est· bos nouellus cum a vitulo discedit· Et iuuare incipit hominis vsus terram excolendo·Et hinc hec iuuenca iuuence·et cozripit primam· Qui dius epy·Quāmale inequales veniunt ad aratra iu uenci·Vide m vitulus·

Iuueneo· A iuuenis deriuatur iuueneo iuuenes· iuuenui·id est·esse vel fieri iuuenem·vel virere·flo rere·siue splendere·que sunt proprietates iuuenis Vnde ensis dicitur iuuenere cum purgatus resplē det·Et componitur·Reiuueneo reiuuenes· Ht hic inchoatiua·iuuenesco iuuenescis·et reiuuenesco re iuuenescis·

Iuuenesco iuuenescis·in iuueneo est·

Iuuenilis·a iuuenis dicitur·& producit penultī mam·vide in iuuenalis·

Iuuenis·a iuuo iuuas·dicitur hic & hec iuuenis quia iuuare posse incipit·Et est iuuenis in ipso eta tis incremento positus·& ad auxiliandum prepara tus·Et nota q̄ antiqui dicebant hic & hec iuuenis & hoc iuuene·& comparabatur iuuenis· iuuenior iuuenissimus·sed modo iuuenis declinatur tantuz per duo genera·et caret superlatiuo·& habet com paratiuum irregulare·scilicet hic & hec iunior· & hoc iunius·& hinc dicitur hic iunius iunij·a iunio ribus quidam mensis·sicut maius a maioribꝰ·Vn de iunius ·iunia ·iuni um·vt iunie kalende·& facit genitiuꝰ pluralis in vm·et accusatiuus in es ·tan tum· vt iuuenum iuuenes·vide in panis·

Iuuenor iuuenaris iuuenatus sum·dicitur a iuue nis·& est iuuenari·more iuuenum se habere· vnde in dyaletica argumentatione ille dicitur iuuenari· qui bis vel ter vel quater vel sepius idem repetit nesciens procedere·

Iuuenta iuuente·in iuuentus exponitur·

Iuuentus· a iuuenis dicitur hec iuuentus iuuen tutis·& hec iuuenta iuuente·Iuuētus est collectō iuuenum·& etas plurimorum iuuenum· Sed iuuē ta iuuente·etas vnius iuuēis · Et est iuuentus vel iuuenta a vicesimo octauo anno vsq; ad quinqua gesimum· Iuuentus etiam dicitur dea iuuentutis·

Iuuo iuuas iuui iutum·id est·auxiliari·delectari vnde hoc iuuamen iuuamīnis·et hoc iuuamentuz· et hec exigunt vt in preterito dicatur regulariter iuuaui · et in supino iuuatum· Iuuo componitur · Adiuuo adiuuas adiuui adiutum· quod componi tur cum con·et dicitur · Coadiuuo coadiuuas· Iu uo est actiuum cum omnibus suis compositis · et preteritum facit in iui·et supinum in tum · et in p̄ senti cozripit hanc sillabam iu· sed in preterito et supino eam producit·Prosper· Quid iuuat in lon gum causas producere morbi· Et facit ex se hoc i personale iuuat·quod construitur cum accusatiuo vt me iuuat· Et scias q̄ apud antiquos inuenitur iuuaui et iuuatus·

Iuxta aduerbium loci·et significat localem pro pinquitatem· vt iste sedet iuxta eum· Item est ad uerbium similitudinis·et tunc significat accommo dationem et similitudinem· vt hoc est dictum iu xta illum magistrum· Item iuxta est aduerbiū qua litatis·et tunc significat equalitatem· vt iuxta·id est·equaliter· In qua significatōne videtur esse ad uerbium similitudinis·

Iuxto iuxtas iuxtaui iuxtare·id est approximare adesse·iuxta esse· Et dicitur a iuxta aduerbio·

Yxion yxionis ·masculini generis· pater fuit cen taurorum qui iunonem de concubitu interpella= uit · Et interpretatur dignitas · Vnde et dicitur yxion· q̄i anxion·qō est grece dignitas ·vel quasi anxion· ab ango angis·quia dignitas reddit homi nem anxium· vnde yxioneus ·yxionea·yxioneum· Et hinc hic yxionides·yxionide· filiꝰ vel nepos yxi onis· et subtracta de·sillaba · dicitur yxionis· hu ius yxionidis·filia vel neptis yxionis·Et est yxion yxionis · auis de genere vulturis· alba et minor q̄ vultur · Deutro· xxiiij ·dicitur · yxion pro aue in q̄ busdam libris·

Yxionides· yxionide· et yxionis yxionidis·in yxi on exponitur·

Et q· quãuis figura & nomine videantur aliquã habere differentiam cum c· tãmẽ eãdẽ tam in sono vocum q̃ in metro continent potestatem ·Et k quidem penitus supuacua est ·Nulla enĩ videtur ratio cur seq̃nte a debeat scribi k Cartago em̃ & caput siue p c siue p k·scribanẽ nullam faciunt nec in sono nec in potestate eiusdẽ psonãtis dr̃iam·sic dicit p̃s·in p̃o maioris · Et vt dicit papias·Oĩa greca q̃licũq; sequẽte vocali p k·scribẽda sũt·sed hoc a scriptoribus non seruaẽ Hug̃·vero dicit q̃ hec figura k·supfluit apud nos·sz nequaq̃ apud grecos . Vbi em̃ nos scribim? c·greci scribũt k·& vocatur apd eos kappa· In nullis g̃o latinis dcõnibus debz scribi k· sed tm̃ in grecis·In nothis vero indifferenter põt scribi tam c·q̃ k·qz em̃ reducte sũt ad latinitatem possunt scribi p c·sz qz a grecis hñt p̃ncipiũ et originem p̃nt scribi p k·Quod ꝯsiderãtes supius tractauim? ĩ tercia lr̃ã de multis dictõnib? grecis siue nothis· & in hoc secuti sumus hug̃ ·

Cala grece latine laxa dicitur.

Calendariũ·rij·liber est vbi kalẽde distĩcte sunt & dicitur a kalende arum·

Calende a kalo quod est voco he kalẽde arum·id ẽ·prim? dies mẽsis·quia eo die solebat pontifex a scẽdere turrim de ꝯsuetudine romanoruz·et volẽs nũciare quota eẽt luna eo die·vel p̃ncipiũ mẽsis·dicebat pluries kalo kalo·q̃si voco vos·veite & audite etatẽ lune vel p̃ncipiũ mẽsis·& iõ ille dies mẽsis dictus est kalende·q̃si vocatões·Vel aliter de cõsuetudine romanoz erat ·q̃ in p̃ncipio cuiuslibet mẽsis celebrarẽt nũdinas & eas ĩcipiebãt in nonis qz ergo vẽturi nesciebãt p̃ncipiũ mẽsis·ideo semp in prima die p̃co turrĩ ascẽdebat et totiẽs vocabat kalo(q̃si voco vos ad nundinas) quot dies restabant vsq; ad diẽ ĩ quo volebãt incipe foz·vt si q̃rto die quater dicebat kalo·si in sexto sexies Vñ & ille mensis habet quattuor nonas·iste vero sex nonas·Qd̃ ideo sic diuiserunt·vt latrones nescirent q̃ndo deberz esse foz·quia abscõdebanẽ ĩ siluis & veniẽtes ad forum occidebãt & p̃dabanẽ. Et iõ dicte sũt kalende q̃si vocatões ad foz Et quia pluries dicebat kalo·ideo ab illa pluralitate dcm̃ ẽ tm̃ pluralit̃ kalẽde arũ·& põt scribi calẽde tã p c·fm latinos·q̃ per k·fm grecos· Competẽtius tamen p k·qz magis ẽ grecũ. Vel kalẽde dicũtur q̃si colẽde·qz solebant coli apud veteres·

Calo a calon qd̃ ẽ lignuz ·dr̃ b kalo onis ·i·ille q̃ fert ligna·kalones etiã dicũẽ galee militũ

Calodemones ĩ demon exponitur·

Caos grece dicũt materiã celi et terre q̃ primo facta ẽ ꝯfusa et informis·& acuiẽ in fine ·

ab intellectu · nēpe q̄ & ſi nō habet incertū nō ma
gis q̄ intellect⁹ · habet tñ inuolutū q̄d nō bt intel
lect⁹ · deniqz q̄d itellexiſti nō eſt de eo quod vltra
queras · aut ſi eſt nō intellexiſti · Nil aūt maluimus
ſcire q̄ que fide iam ſcim⁹ nil ſuperit ad beatitudi
nē · cum que iam certa ſūt nobis erūt eque & nuda
Vide in fides ¶ Et ſcias q̄ certitudo eſt declina
tio intellect⁹ ad vnum

pinoz nariſ nat⁹ ſū · opinari · i · putare exiſtimare
vnde hic opinator toris Et opinatori⁹ ria rium Et
hic et hec opīabil' & hoc le Et hīc opinabiliē adū ·
Et hec opīabilitas tatis · Et cōponiē hic et hec mo
pinabilis & hoc le · & hīme mopinabiliter aduerbiū
& hec īopīabilitas tis · Itē ab opīoz ℔ et hec et h⁹
opinās opinātis · & ꝓducit pi · Vnde quidā · Absit
opinari prauos peccata lucrari · Et in auroza · Vnō
q̄ attineat ad ius herodis opinās

pinoſus ab opinio dicitur opinoſuſ ſa ſū · i. opi
nione plen⁹ ꝓcept⁹ vel ꝓcipiēs

pipar⁹ ab opipo pas deriuaē opipar⁹ ra rū · i ·
elegās vel abūdās · vel cōponiē ab ope & paro ras
Et inde opipare aduerbium · id eſt · eleganter vel
abūdāter · Et corripit pa

pipo ab ope diciē opipo pas pani pare · id eſt ·
nobilitare vel renouare vel recompenere · aut p⁹
planctum in cōuiuio gaudere

pis hui⁹ opis · vide in opes

piter hui⁹ opitris vel epiteris · i · iupiter quaſi
opis pater · i · auxilij vel illi⁹ tee ſz terre · vel opū
pater · & tūc cōponiē ab opis & pater · vel opiter
diciē quaſi obiter · i · puer qui natus eſt poſt obitū
patris Idē et poſthum⁹ vel diciē opiter puer cui
auo viuo pater eſt mortu⁹ anteq̄ ille puer naſceze
tur Et dr opiē q̄i obpaē · q⁹ au⁹ ī loco eſt patris

pitulor Opis cōponiē cū tulo lis quod dicebāt
antiqui · & diciē opitulor laris · i · auxiliari opē ferze
Vnde opitulāter id eſt auxiliāter aduer · & opitu
latim idē · & hoc opitulamē mimis · & hec opitulan
tia tie · & hic opitulat⁹ tus tui · & hec opitulatio ti
onis · i · auxiliū ſuſtētatio Vnde apoſtol⁹ ad chozī ·
in prima epiſtola ca · xij · Opitulatōes gubernatio
nes poſuit deus in eccleſia · Et corripit penul · opi
tulor · ſicut tulo vel tuli primā

pobalſamū Balſamū cōponiē cū epos quod ē
inciſio vel cauerna vel cortex · & diciē hoc opobal
ſamū mi · i · inciſio vel cauerna vel cortex balſami ul'
liquor manās de cōciſione corticis balſami ꝑ cave
nas Cortex vero illi⁹ ligni ꝓcuſſus vgulis ferzeis
ꝑ cauernas eximij odoris diſtillat guttas

porteo Opis cōponiē cū porto tas · & dicitur
oporteo tes tui tere · i · cōuenire vel oportunū eſſe
& diciē oportere quaſi opē portare · ſed modo non
eſt in vſu · niſi impſonale ab eo deriuatū ſz oportz
et inde oportun⁹ na nū · i · cōueniēs vtilis neceſſa
rius Et cōpatur Vnde oportune ni⁹ ſime aduerbi
um · & hec oportunitas tatis ſcōm buz · & ꝓducit
primā oportun⁹ licet oportet eā corripiat · vnde i
doctrina rudiū diciē Oportuna ſibi ſemp prudēn
tia gliſcit Sed dicūt quidā q̄ oportun⁹ gemīat p ·
vt p̄ma ſit lōga · ſz credo q̄ prima naturaliē ſit lō
ga · licet ī oportet primitiuo p̄ma ſit breuis · et iſti
us opīonis fuit magiſter bene Vnde dicit Quidaz
dicūt de hoc noīe oportun⁹ q̄ gemīet p · vt ſit ibi
poſitio · ſed hoc mihi nō placet · imo eſt litera p̄ma
naturaliter lōga cū īn ſuo verbo oportet ſit naēali

opos ðr inciſio vel cauer ter breuis
na vel cortex Itē opos · i · viſio

ꝓpādo das di · ex ob et pādo das · viō ī pādo das
ꝓpedo das in pedo das vide

ꝓpello lis oppuli pulſū oppellere · i · vndiqz vl' cō
tra pellē · ex ob & pello lis cōponiē

ꝓpeto tis in peto tis vide

ꝓpidan⁹ ab oppidū diciē oppidan⁹ na num · i · ca
ſtellan⁹ · ī oppido manēs · & p̄ō da

ꝓpido aduerbiū id ē valde & diciē ab oppidum
ꝓpidulū li dimi · pūū oppidū

ꝓpidū Opis cōponiē cum do das & diciē hoc
oppidū di Oppidū diciē quelibet ciuitas p̄t romaz
& oppidū diciē caſtz & ꝓprie magnū caſtz Et dr
oppidū quaſi dans opē vel opes · ab ope danda · vel
ab opib⁹ ibi reponēdis · qz munitū ſit ptra hoſtes
Vel diciē oppidū p duo p · ab oppōne murozz ita
vult huguitio Et ſic videē velle q̄ oppidum ſcribi
debeat ꝑ vnū p · ſi cōponaē ab opis vel opes Si au
tē deſcēdat ab oppono nis ſcribi debeat ꝑ duo pp ·
Tamē ſcias q̄ opis vel opes corripit p̄mā ſed oppi
dum ꝓducit p̄mā · vnde lucan⁹ in quarto Exuerēt
nulli uallarēt oppida muri · vñ videē aliq̄b⁹ q̄ oppi
dū ſemp ſcribaē ꝑ geminū pp

ꝓpignero ras cōponiē ex ob & pignero ras · vi
de in pignero pigneras

ꝓpilo ol cōponiē cum pilo las quod eſt ī pila tū
dere · & diciē oppilo penultia ꝓducta id eſt os ob
turare obſtruere occludē obtūdē · & ꝓprie os · q̄ſi
pilare os · vnde ꝓpheta Ois iniquitas oppilabit os
ſuū Sed ponit ſimplicitez ꝑ obturare ſcōz hugui
tōem Papias narzās opinionē aliquoz dicit q̄ ob
pilo & oppono ſcribūtur ꝑ b Sz poſtea dicit q̄ ſcri
bi debeāt ꝑ p · vnde dicit Oppeto oppilat oprobri
um oppono ꝑ p · et poſtea ſubdit hec tamen per b ·
melī⁹ habēt ꝑ p · vnde p geminū p ſcribi debēt ſm
eū & videē ſm eū · q̄ cōponaē ex ob et pilo · et mu
taē ſcōm regulas priſtiani b in p

ꝓpleo ex ob et pleo pleſ quod nō eſt in vſu · com
ponit oppleo ples oppleui oppletū id eſt implē vel
obturare Treñ. Mulier lacrimis opplet os ·

ꝓpono ex ob & pono nis cōponiē opporo poniſ
oppoſui oppoſitū id eſt interponere · obijcere · vnō
oppoſitus ta tum · & a genitiuo oppoſiti addita o
fit hec oppoſitio tionis

ꝓpreſſū iri Iob · xxij · & putabis te tenebras non
viſuz & impetu aquaz inundātiū nō oppreſſū iri
id eſt q̄ non oppremereris · vel q̄ non oppremend⁹
eſſes impetu aquarū inundantiū ¶ Et nota q̄ quā
do iſte infinitiu⁹ iri ponitur in ſuppletōe verbi im
ꝑſonalis requirit ante ſe ablatū cū ꝓpoſitōe a vel
ab · vt verū eſt a me amatū iri · id ē verū eſt q̄ ego
amabo · Sed ſi ponaē in ſuppletōe verbi ꝑſonaliſ re
quirit accuſatū ante ſe · vt verū eſt me amatū iri ·
id eſt verū eſt q̄ ego amabor

ꝓprobrū · Probrum cōponiē cū ob et diciē hoc
opprobrū brij ꝑ geminū p · quia mutatur b in p · ſe
cūdū regulas priſ · & hoc etiā vult papias · & diciē
opprobriū vituperiū dedec⁹ derisio · vnde hoc op
probriolū li · dimi · & opprobriosus ſa ſum · et com

parat̄ · vnde opprobrioſe ſius ſime aduerbium · et hec opprobrioſitas tatis

ppugno nas · vide in pugno pugnas

ppuli oppuliſti eſt p̄teritū de oppello lis

ps opis · vide in opes

ptati? tia tiū · vide in optatiu?

ptatiu? · ab optat? ta tū ōr optati? tia tiū · & i terpoſita u · cōſonāte frequēti? dicit̄ optatiu? ua · uū · i · deſideratiu? · vnde hic optatiu? tiui · quidaz modus verbi · qz deſignat optatōnem · Et ſcias q̄ optatiu? mod? habet oīa tpa ſed cōiuncta ſicut infinitiu? · ſcz p̄ſens & p̄teritū impfectū cōiuncta · p̄teritum perfectum et pluſq̄perfectuz coniuncta futurum habet diuiſim ·

Optato · ab optat? dicit̄ optate aduerbiū pro quo inuenit̄ optato · i · deſiderāter · vel eleganter aduer · Eſt etiā optato mōi impatiui de opto tas

Optimas · ab optim? dicit̄ hic et hec optimas atis oīis gn̄is · Et ſūt optimates optimi et maiores & honorabiliores in populo Et etiā milites electi dicūt optimates · & p̄ō · ma Et ab optimas ōr optīa tim · i · optime honorabilit̄ · & acuit̄ i fine optimas ·

Optio ab opto tas dicit̄ hec optatio onis · & per ſincopam dicitur hec optio tionis · id eſt · deſideriū vel electio · Et optiones etiam dicti ſunt quidam milites · quia ſunt electi

Opto tas optaui optare · i · deſiderare et eligē · Vñ hec optatio onis · i · deſideriū vel electio · et optat? ta tū · ptici · & nomē · & ſcōm q̄ eſt nomē compat̄ · Appto cōponit̄ Atopto tas · Coopto ptas · i · ſimul optare Exopto tas · i · valde opto Peropto tas · id eſt · pfecte optare · Opto tas et eius cōpoſita oīa ſūt actiua · & ſcribunt̄ p pt

Opulētus · opis cōponit̄ cū lentos quod ē plenū & dicit̄ opulēt? ta tū · Et hic et hec & hoc opulēs tis · in eodē ſenſu · i · diues vel opib? abūdās · & plenus · Et verūq̄z cōparatur opulētior tiſſim? · vñ opulēter vel opulēte ti? tiſſime adū · & hec opulentia tie · & opulēto tas · i · diuitē facē · vel fecūdare ·

Opus · ab ops opis qō eſt terza dicitur hoc opus operis · vnde hoc opuſculū li · dimi · Et opari? ria riū ad opus p̄tinēs vel qui facit opus · Et hic oparius rij · p eodē · Et operoſus ſa ſū · i · vtilis vel operibuſ plen? · Et hec opa ope · in reb? agēdis ſedulitas · vl' ſtudiū intentio vel labor vel auxiliū Sed opus eſt id quod fit Operatio ipa rei actio eſt · vide i ociū

Hic poteſt queri an opa extra caritatē facta ſint alicui? boni meritoria · Ad hoc dici poteſt q̄ meritū dicit̄ p̄prie actio qua efficit̄ · vt ei qui agit ſit iuſtum aliquid dari Sed iuſticia dicit̄ dupliciter · Vno modo p̄prie · que ſcz reſpicit debitū ex p̄te recipientis · Alio modo quaſi ſimilitudinarie que reſpicit debitū ex p̄te dātis · Aliquid enī decet dantē dare qō tñ nō habet recipiēſ debitū recipiēdi Et ſic iuſticia dicit̄ decētia diuine bonitatis · Sicut anſhelm? dicit q̄ deus iuſtus eſt cū peccatorib? parcit Et ſm hoc etiā meritū dupliciter dicit̄ · vno modo actō p quā efficit̄ vt ipſe agens habeat meritū recipiendi & hoc vocatur meritū cōdigni · Alio modo p quā efficit̄ vt ſit debitū dāti in dāte ſcōm decētiā ipi? & ideo hoc meritū dicit̄ meritū cōgrui · Cū autē in oibus que gratis dant̄ prima ratio dāti ſit amor · impoſſibile eſt q̄ aliquis tale ſibi debitū faciat · qui amicicia caret · Et ideo cū oīa bona tpalia et eterna ex diuina liberalitate nobis donent̄ · null? adquirē poteſt debitū recipiēdi aliquod iſtoz nisi p caritatē · & ideo opa extra caritatez facta nō ſūt merito ria ex cōdigno neqz eterni neqz tpalis alicui? boni apud deū Sed qz diuinā bonitatē decz vt vbicūqz diſpoſitōem inuenit pfectōem adijciat Ideo ex merito cōgrui dicit̄ aliquis mereri aliquod bonū · per opa extra caritatē facta Et ſcōm hoc opa extra caritatē facta ad triplex bonū valēt · ſcz ad tēporaliū cōſecutōem · ad diſpoſitōem ad gratiā · & ad aſſuetudinē bonoz · Et hoc attēdēs baſili? dicit in hexameron omelia tercia Pars modica tpis fenerata deo nō ſolū ipſa nō deperit · ſed cū magnis ab eo repēdit̄ incremētis · valēt etiā ſcōm augu · ad tolerabili? extremi iudicij ſuppliciū ſentiēdū Sed hoc indiget expoſitōe · Et ideo nota q̄ diminutio pene infernalis poteſt intelligi dupliciter · vno modo ita q̄ quis liberetur a pena quā iā meruit · & ſic tunc null? liberat̄ a pena niſi ſit abſolut? a culpa · qz effect? nō diminuunt̄ nec tollunt̄ niſi diminuta vel ablata cauſa Infernalis aūt pene cā culpa ē · vñ opa extra caritatē facta quia neqz culpā tollere nec diminuere poſſūt · penā inferni mitigare nō poſſunt Alio modo ita q̄ meritū pene ipediat̄ · & ſic huiōi opa diminuūt penā iferni · Primo qz homo reatuz omiſſionis euadit qui huiōi opa pficit · Secūdo qz huiuſmōi opa aliquo modo ad bonū diſponūt, vt homo ex minori cōtēptu etiā peccata faciat · vel etiam a multis peccatis p huiuſmōi opa retrahatur · Sed diminutōem vel dilatōnem tpalis pene merētur huiōi opa · eodē modo ſicut et bonoz tpalium cōſecutōem · Quidā dicūt q̄ diminuit̄ pena quātū ad vermē cōſcientie · licet nō quātū ad ignē · Sz hoc nō videt̄ verū · qz ſicut pena ignis adequat̄ culpe · ita et pena remorſionis cōſcientie · vnde ſimilis ratō eſt de vtroqz Sic ergo ſane intelligas vt declaratū eſt illud quod dicit anguſtin? in li · de patientia · Siquis inquit non habens caritatē que p̄tinet ad vnitatē ſpūs & vinculū pacis quo eccleſia cōnectitur in aliquo ſciſmate cōſtitut? ne crhiſtū negz patiē tribulatōnes · famē · p̄ſecutōem · vel flamā · vel beſtias · vel ipaz crucē · timorē gehēne · nullo modo culpāda ſunt iſta · imo & p hec laudāda eſt patientia · Nō enī dicere poſſum? meli? ei fuiſſe vt xp̄um negādo nihil eoz pateret̄ que paſſus eſt cōfitendo ſed extimādū eſt forteſſe tolerabili? ei futurū iudiciū q̄ ſi xp̄m negādo nichil eoz pateret̄ · vnde illō quod ait apl's ad chorinth · Si tradidero corp? meum ita vt ardeā · caritatē aūt nō habeā nihil mihi p deſt · Intelligat̄ ad regnuz obtinēdū nō ad extremi iudicij tolerabili? ſuppliciū ſubeūdū · vt expoſitū eſt · Et ſcias q̄ vt dicit p̄us in q̄rto ethi · Habitus opatōibus determinat̄ · Idē in eodē · vnuſquiſqz q̄l' eſt et talia dicit & opat̄ & viuit ſic · ſi non alicuius gratia opereē · vide in vita ·

Ora ore ſine aſpiratōe eſt regionū vel ſinium vel veſtium · Quando etiam eſt pluralis numeri de os oris · nō aſpirat̄ · ſz q̄n ſignat tēp? aſpirat̄ · vide in hora hore in h · lrā

Oraculū · ab os oris dicitur hoc oraculū li · i · diuinum reſpōſum · qz ore petitur · & ore datur · & oraculū eſt loc? vbi datur reſpōſum · & ſic accipit̄ oraculū ſcōm hug · Papias etiam dicit · Oraculum celeſte reſpōſū vel ipſum delubz · Et ōr ſecūdū quoſdam ab oro oras · vnde in hiſtorijs dicitur Reſponſum diuinū oraculum dicitur · qz orantib? datur · vide etiam in ſomnū · & in p̄piatorū ·

Orariū · ab ora p extremitate veſtiū deriuat̄ hoc orariū rii · ſcz limb? qui apponitur ore · i · margini · & extremitati alicui? veſtimēti cauſa ornatus · Itē

orarium potest dici ab os oris. Et tūc orarium .i. peplum scilicet insula illa que inuoluit & operit ora. id est vultus

Oratio.ab oro oras dicit̄ hec oratio onis. & dicitur oratio quasi oris ratio.& est ethia. Et est quī tuplex oratio.est em̄ oratio copulata & ligata ī metris.absoluta im̄ ꝓsa.allocutiua im̄ eplīs. disputatiua im̄ dyalogis.relatiua im̄ historijs. ¶Itē oratōm alia pfecta alia īpfecta.Oratio pfecta est illa que pfectū sensum generat im̄ aīo auditoris.vt homo currit.Impfecta est illa que impfectū sensuz generat im̄ animo auditoris vt homo alb? Vel oratō pfecta est ordinatio dictōnū aptissime ordinatazuz Vel oratio pfecta est ordinatio dictōnū cōgruaz pfectāqz sentētiā demōstrans Species pfecte orationis sūt quinqz.scz īdicatiua vt ego lego.quia fit p uerbū indicatiū īdicatiue positū Impatiua vt lege libros.fac ignē Optatiua siue depcatiua .vt vtinā essem bon?.vel miserere mei de? Dubitatiua sū interzogatiua vt quis currit Vocatiua vt o petre Et vt dicit boeti? Oratio vocatiua est pfecta. & hoc verū est ex ꝓte loquētis. qz sufficit ad dirigē dū sermonē.vt o petre .Impfecta tamē est ex parte audiētis. qz absqz nomīe & verbo nulla est pfecta oratio Ille em̄ qui audit nō quiescit nisi audito verbo vt o theobalde veni huc.Et nota qꝫ cū dicit̄ Ego lego virgiliū Hec est vna oratio & vna pstructio et vna locutio. Oratio est indicatiua. constructio trāsitiua.locutio de p̄senti & affirmatiua .Et sic de oratōne possum? loqui scōm grāmaticum. Scōm vero theologū Oratio est petitio decentiuz a deo vt .vult damascē ¶Et scias qꝫ attētio ī oratōne manere debet scōm virtutē.sed nō requiritur qꝫ semp maneat p actus essentiā .Manet aūt scōm virtutē quādo aliquis ad orōem accedit cū intentione aliquid impetrādi .vel deo debitū obsequium reddēdi.etiā si im̄ pſecutōne oratōnis mens ad alia rapiat̄.nisi tāta fiat euagatio qꝫ oīno deperiat vis prime intētōnis.& ideo oportet qꝫ homo frequēt cor reuocet ad seip̄m.Et qꝫ dicit gregori? Illā oratōem de? nō audit cui ille qui orat nō intēdit. ītelligēdū est quādo attētio nullo modo oratōni cōiūgit̄. ¶Et scias qꝫ q̄ttuor conditōes exigunt̄ si oratō exaudiri debet.scz qꝫ sit pia. ꝓ se . & ad salutē ptinens.& pseuerās Iste tm̄ cōditōes nō hoc mō requnt̄ ad efficaciā impetrādi. q̄si nihil impetretur si aliqua desit.qz qñz aliquis ꝓ alio orās exaudit̄.sed quia his positis semp oratio efficaciā habet īpetrādi . ¶Et nota qꝫ xp̄s inquātū homo orat ꝓ nobis sed ideo nō dicim? Christe ora ꝓ nobis.qz xp̄s supponit suppositū eternū.cui? nō est orare sed adiuuare.Et ideo dicim? xp̄e audi nos.vel miserere nostri.& im̄ hoc etiā vitam? heresim arrij et nestorij. Nā oratio est act? quidā Quidā actus aūt sunt particulariū suppositoz.& ido si dicerem? christe ora ꝓ nobis.nihil aliquid adderet̄ videremur h° ad xp̄i psonā referre . & ita videret̄ esse cōsonū errori nestorij qui distinxit im̄ xp̄o psonā filij hoīs a persona filij dei.vel errori arrij .qui posuit psonam filij minorē patre Vnde ad hos errores vitādos ecclesia nō dicit.xp̄e ora ꝓ nobis.sed xp̄e audi nos.vel miserere nobis ¶Hic potest queri An sancti orationes nostras cognoscāt Ad hoc dico qꝫ vnusquisqz beat? tm̄ im̄ essentia diuina videt quātū pfectio beatitudinis requirit . Hoc aūt ad pfectōem beatitudinis requirit̄ vt homo habeat quidquid velit.nec aliquid inordinatū velit . Hoc aūt recta volūtate quilibet vult vt ea que ad ipsū ptinēt cognoscat . Vnde cum nulla rectitudo sanctis desit.volūt cognoscere ea que ad ipsos ptinēt . vnde oportet qꝫ illa im̄ verbo cognoscant.hoc aūt ad eoz gloriaz ptinet.qꝫ auxiliū indigētib? prebeant ad salutē Sic ei dei cooperatores efficiūtur q° nihil diuini? est. vt dicit dionisi? tercio ca° celestis gerarchie.vnde patet qꝫ sancti cognitōes habēt eoz que ad hoc requnt̄. Et sic manifestū est qꝫ im̄ verbo cognoscant vota.& orationes et deuotōes hoīm qui ad eoz auxiliū cōfugiūt. Et si dicas.Deus solus inspector ē cordiū.sed orō ꝑcipue im̄ corde cōsistit.ergo solius dei est orōnes cognoscere.non ergo sancti orationes nostras recognoscūt. Respondeo.cogitatōnes cordiū solus deus p seipsū nouit.sed tamē alij cognoscere possūt quantū eis reuelatur.vel per visionez verbi.vel aliquo alio modo.Itē animaduerte qꝫ q̄ uis superiores sancti sint deo acceptiores qꝫ inferi ore.vtile tamē est minores sāctos interdum orare Et hoc ꝓpter quinqz rationes. Primo ex hoc qꝫ aliquis habet maiorē deuotōem ad sanctū minorez qꝫ ad sanctū maiorē. Ex deuotōe aūt maxime dependet orationis effectus. Secūdo ꝓpter fastidiū tollendū .quia assiduitas vni? rei fastidiū parit.Per hoc aūt qꝫ diuersos sanctos oram? quasi im̄ singul'nouus feruor deuotōis excitat̄. Tercio qz quibusdam sanctis datū est im̄ aliquib? spālibus causis preci pue patrocinari . sicut sancto anthonio ad ignez īfernalē . Quarto vt oībus honor debit? exhibeat̄ a nobis.Quinto qꝫ pluriū orōnib? quandoqz ipetrat̄ qđ vni? oratōe nō impetrarēt̄ ¶Sed querit gregori? ī .xxiij. moraliū An sancti orēt ꝓ damnatis.cū dom̄ ꝑcipiat im̄ euangelio Orate ꝓ persequentibus & calumniantibus vos . Et respondet gregori? Orant ꝓ inimicis suis sancti eo tēpe quo possūt ad fructosaz penitētiaz eoz corda cōuertē atz ipsa cōuersione saluare.Quid em̄ aliud ꝓ inimicis orandū est nisi qđ ait aplus.Vt det illis deꝰ penitētiaz ad cognoscēdū veritatē . & vt resipiscant a dyaboli laqueis a quo captiui tenent̄ ad ipsi? voluntatē.& quomō pro illis tūc orandū est vel orabitur.quia iam nullaten? possūt ad iusticie opera ab iniquitate cōmutari.Et adē itaqz causa est. cur non oret̄ tūc ꝓ hoib? eterno igne cōdēnatis . que nunc etiam causa est vt non oret̄ pro dyabolo angelisqz eius eterno supplicio deputatis.que nūc etiaz causa est vt non orent sancti homīes ꝓ hoībus īfidelib? impijsqz defūctis.qui de eis vtiqz quos eterno deputatos supplicio iam nouerūt. ante illū iudicis iusti cōspectū orationis sue meritū cassari refugiunt Sic quippe eoz mentes p hoc qꝫ iudici iustissimo īhereāt.ius districtionis absorbet. vt oīno eis non liceat quidquid ab illi? eterne glorie sblimitate discordat. ¶Oratio dom̄ica scz pater noster.im̄ petitio est. ¶Item quare debem? ad orientem orare dicem? im̄ tabernaculū. ¶Itē qūo conscientia vnius sancti conspicabilis est alteri.dicam im̄ vitrum Item vide im̄ caritas . ¶Itē de cognitione mortuorū bonoz & malorz dixi im̄ defunct? .Item vide im̄ sanct?.Itē de vtilitate orōis dixi im̄ iacob

Oratiūcula le.dimi.pua oratio

Orator ab oro ras dicit̄ hic orator toris.i. actor defensor patron? causidic? aduocat? scōm papiaz

Oratoriū ab oratōe dicit̄ oratori? ria riū. & hoc oratoriū rij .scz locus orandi.tm̄ orationi consecratus.ī quo sicut dicit augustin? in speculo clericoz Nemo aliquid agere debet nisi tm̄ id ad qđ factuz

est vnde et nomen accepit

Orbis.a rota ōr hic orbis.huj? orbis.i.rotūditaſ circuli.et etiam cuiuſlibet rei quia quaſi rota eſt. Vnde & orbis dicit mūd? ꝓpter rotūditatē.vnō hic orbicul? li.dimi.& orbicul? etiaz dicat quelibz breuis rotella.& componit orbis cū terze vel ter raz & dicit hic orbisterze vel orbisterraz maſ.ge. quod dinoſcit ex ſui principio.ſicut quiſqz .qz ſcz orbis eſt maſ.ge. vt quis

Orbita.ab orbis dicit hec orbita te.penul. corre pta.i. veſtigiū carri vel rote.ab orbe et rota dicta ſcz actus quo pec? agi ſolet. Et dicit orbita quaſi orbis iter vel via.& eſt etbia

Orbiūuei ꝩponit ab integris diuſoz genez et nu merozz.& videt mirabilis cōpoſitio.Et declinatur orbiūuei Gtō orbijueioz Dtō orbioueis &c .Ciui tas em eſt que vocat orbiū.& vocat veij. ſz corru pto noīe nūc dicit orbeuet?.& inde ꝓprie dicebāt ciues orbici ſiue vicinani vel cōiūctim orbiriueta ni q nūc dicunt orbeuetani

Orbo bas bani bare.i.viduare ꝑuare.& ꝓprie fi liis quaſi orbū facere.vnde orb? ba bū.i.priuat?. cec?.Sed orb? q filios amiſit quaſi amiſſis oculis. Sed cec? qui oculos ꝑdidit. ſed ſepe ponit orbus pro cec?. Et cōpat vnde orbe bi? biſſime adūbiuz Et hec orbitas tatis.i.amiſſio oculoz.vel etiā fili orū.Itē orb? dicitur ſine parētib?.ſcōm hug Qui dā tñ talē aſſignāt drīntiā inter cecū & orbū & or batū.Vnde greciſm? dicit Cec? inutiliter gerit ī ſtrumēta vidēdi.Lumīe ꝑuat? violēter dicit orb? Dicit orbat? cecat? vel viduat?

Orca.ab orce quod eſt recipe dicit hec orca orce. Et hic vrceus vrcei.quaſi orceus pro eodem vaſe Vnde hic orceol? li.dimi.

Orcas ab orce qō eſt recipe dicit hec orcas orca dis quoddā gen? oliuaz. quia multū liquoris pci piūt.vel orce etiā dicit grece rotūdū. Itē orca apō grecos dicunt teſticuli ꝓpter rotūditatē. Et inde q dā oliue dicūtur orcades quaſi teſticulares. qz in modū teſticuloz creſcūt.& cor.pnl'.orcades

Orce grece latine dicit recipe.vel orce grece dici tur etiā rotūdū latine

Orceſtra .ab orce qō eſt recipe dicit hec orceſtra ſtre.i.pulpitū vel cathedra nobiliū.quia eos ſepa tim a populo recipiebat. Et orceſtra dicebat loc? ſepat? in cena vbi nobiles ſedebāt.vñ & ſepe po nit ꝓ nobilib?.vnde iuuenalis. Quos reportādis poſita ē orceſtra cathedris

Orcula le.di.pua orca.& cor.cu.

Orcus ab orce qō eſt recipe dicit hic orc? ci.i.in fernus.qz ſp parat? eſt recipe.vel quia multa reci piat.vnde horati? in epi. Quid vici ꝓſunt aut or rea ſi metit orc? Grādia cū paruis ñ exorabil' auro vel orc? dr q vrg?.ab vrgēdo quia vrgeat. Itē or ci dicūt teſticuli.vt dixi in orcas

Ordeace? cea ceū.in ordeice? eſt

Ordeice? ab ordeū ordei dicit ordeice? cea ceum vel ordeace? cea ceū.quod fit de ordeo vel eſt. Et poteſt formari a plurali ordea addita ce? .Quedā em noīa deſinētia in ce? formantur a ſingulari vt a malua maluace?.q dā a pl'ali.vt ab ordea ordeace?

Ordeolū ab ordeū dicit hoc ordeolū li.puū orde uz pnl'.cor.Et hic ordeol? li.di.puiſſima collectio in pilis palpebraz in medio lata ordei granū ſimi lans.vnde & dicitur.

Ordeū dei.ſcōm rabanū dicit ab areo ares eo ꝙ citius alijs frugib? areſcit. vel ordeū dicit ab ordi ne eo ꝙ eius ſpice ordinem habent. Et eſt ordeum frigidum & humidum.

Ordino ab ordo dinis dicit ordino nas naui nare id eſt ſtruere cōponere diſponere. vnde ordinat? ta tū.& cōpatur.vnde ordinate ti? tiſſime aduer. Et cōponit inordinat? ta tū.qō ſili cōpat.Ordio actm eſt cū oīb? ſuis cōpoſitis.& cor.di

Ordior ordiris.ordit? vel orſ? ſū.i.ponē telam. & quia cū quis ordit telā tūc eam incipit.ideo or diri ponit ꝓ incipe. Et quia q loquit ponit verbū poſt verbū .ſicut qui orditur telā ponit filū poſt filū.ideo ordiri ponit ꝓ loqui. Sed cū ad telā per tinet ꝓprie facit ordit?.Cū vero ad locutōem vel inceptōem facit orſus.vnde hic ordit? tus tui. Et hic orſus ſus ſui.i.actus ordināi telam .vel locu tio vel principiū locutōis.& hoc orſum orſi.ꝓ eo dē ſcz ꝓ principio loquēdi vel locutōne .Ordior cōponit Adordior diris.i .valde vel iuxta ordiri. Inde adorſus ꝑticipiū Deordior diris.i.valde or diri.vel ab orditu remouere.Exordior diris.i.inci pe Subordior diris .i.latenter vel paz vel poſt vl' ſubtus ordiri.Ordeor et ei? cōpoſita ſūt deponen tia.& faciūt ſupinū in ditū ſz frequēti? in orſum. Similiter intellige de ꝑticipijs ꝑteriti tpis ſicut di cit hug. Priſtian? autē vbi agit de ꝑteritis verbo rū terie cōiugatōis deſinentiū in dior.ita dicit.In dior quoqz deponētia in ſum faciūt ſupinū.ingredi or ingreſſū.ordior orſum.vnde orſus q̄uis ſit q̄r te cōiugatōis.& hoc eſt verū ꝓprie loquēdo quā do ordior ꝑtinet ad locutōem vel iceptōem

Ordo.ab ordior diris.dicit hic ordo.i.diſpoſitio vnde ordinari? ria riū.ordine ſtatut? fact? vl' elec tus.Et hic & hec ordinalis & hoc le.vnde ordi naliter aduer. Et nota ꝙ vt dicit ambroſi.Pec cat qui ꝓpoſtere agit. Naz ſcire quid facias & ne ſcire ordinē faciēdi nō eſt pfecte cognitōis.Ordi nis nanqz ignorātia cōturbat meritorū formaz .Et criſo.dicit.Qui quod primū eſt negligit.& quod ſecundū eſt excolit.vtrūqz corrūpit Itē volo te ſcire ꝙ quidā ſunt hoīes meliores in minori ordie & q̄dam in maiori ordine ſiue ſtatu deteriores.vn de dicit gregori? in paſtorali. In examīe iuſti iudi cis mutat merita ordinū.q̄litas actōnū. Quis enim cōſideratis ipſis rerū imaginib? neſciat ꝙ ī natura gēmaz carbūculus ꝑferē iacinto. ſz tamen cerulei coloris iacint? ꝑferē pallēti carbūculo .quia et illi quod ordo nature ſubtrahit.hoc ſpēs decoris adiū git.& hūc quē naturalis ordo ꝓtulerat .coloris q̄ litas fedat.Sic ergo in humano genere & quidā ī meliori ordine deterioreſ fiunt.& q̄dā in deteriori meliores. quia & iſti ſortē extremi habit? bene vi uēdo tranſcēdūt.& illi ſupioris loci merituz mori bus non exequēdo diminuūt. vnde bene ꝑ eſaiā ꝓ phetā dicit Erubeſce ſidon ait mare .quaſi em per vocem ad verecūdiā ſidon adducit quādo ꝑ cōpa tōem vite ſeculariū atqz in hoc mūdo fluctuātiuz ei? qui munit? & quaſi ſtabiliſ cernitur vita repro batur.Hoc attēdēs beat? auguſtin? dicebat. Sur gūt īdocti et celū rapiūt.& nos cū doctrinis no ſtris in infernū demergimur. vide in noctua & in preſbiter. Et ſcias ꝙ ſcōm dioniſiū nouem ſūt ordines angeloz.ſicut dixi in angelus Itē nota ꝙ ordo ꝓut eſt ſacramētū eccleſie. eſt ſignaculuz quoddā eccleſie ꝑ qō ſpūalis poteſtaſ tradit ordi nato.Septē aūt ſunt ordines eccleſiaſtici. ꝓpter ſe ptiformē gratiā ſpūſſancti.Cui? qui nō ſunt ꝑtici pes.ad gradus eccleſiaſticos indigne accedunt.illi

vero in quorũ mentib? diffusa est septiformis grã spũssancti cũ ad ecclesiasticos ordines accedunt·i ipsa spũalis grad? ꝓmotõe ampliorẽ gratiã accipe credunẽ Tales em̃ ad ministeriũ spũale eligẽdi sũt clerici qui digne possũt domica sacramẽta tracta re Meli? est em̃ sacerdoti domĩ paucos habẽ minis stros qui possũt digne opus dei exercere·ꝙ mltos inutiles qui ordinatori on? inducant· In sacramen to autẽ septiformis spũs septẽ sunt grad? ecclesia stici·scz hostiarij·lectores·exorciste·acholiti·sbdy aconi·dyaconi·sacerdotes Omnes tamẽ clerici vo canẽ·i·sortiti·quorũ nomina & ratões nominum ysidor? ĩ·vij·ethimo·exponẽs ait·Hostiarij ijdem & ianitores sunt qui in veteri testamẽto electi sũt ad custodiã templi· vt nõ ingrederẽ illud ĩmũdus Dicti aũt sũt hostiarij ꝙ ꝑsint hostijs tẽpli·ipsi eĩ tenẽtes claues oĩa intus extraqz custodiũt atz iter bonos et malos habẽtes iudiciũ dignos recipiũt· ĩ dignos respuũt Vnde & eis cũ ordinãtur claues ecclesie danẽ ab episcopo·& dicit̃ eis sic Agite tã ꝙ rationem deo reddituri ꝓ reb? que clauib? istis recludunẽ Hoc officiũ deus in sua ꝑsona suscepit quãdo flagello de funiculis facto vẽdẽtes & emẽ tes de tẽplo eiecit· Ipe em̃ se hostiariũ signans di cit·Ego sum hostiũ ꝑ me siquis ĩtroierit ingredieẽ & egredieẽ·& pascua inueniet ¶ Secũd? est gra dus lector Lectores a legendo. sicut psalmiste a psalmis canẽdis vocati sũt Illi em̃ ꝓdicãt populis quid sequanẽ Isti canũt vt excitẽt ad cõpunctõnẽ animos audiẽtiũ.licet quidã lectores ita miseran ter ꝓnunciẽt·vt quosdã ad luctũ lamẽtatõesqz cõ pellãt Hinc & ꝓnũciatores vocanẽ quia porro ãnũ ciant quia exit tam clara eor vox vt etiã longe po sitor aures adimpleãt. Ad lectorẽ aũt ꝑtinet lectõ nes ꝓnũciare·& ea que ꝓphete vaticinati sũt ꝓlis ꝓdicare vt iam ex officio legat in ecclesia ꝓphetias & lectões· Vnd & ci videte populo tradit̃ ab epi scopo codex diuiarz lectõnũ·& dicit̃ ei Accipe & esto verbi dei relator·habitur? (si fidelit̃ impleũis officiũ) ꝑtem cũ his qui verbum domini ministraue rũt Qui adhũc gdum ꝓuehit̃ literarz sciẽtia debz esse instruct? ·vt sensũ verborz intelligat · vim ac cẽtuũ sciat·distincte legat·ne cõfusione ꝓlatõnis intellectũ auditorib? auferat Quia vt ait quidam Ambulat in tenebris ertãdo cleric? omis Qui sine metror lege legẽda legit Attẽdat quid indicatiue quid interrogatiue sit legẽdũ· vbi sit in oratõe faci enda distinctio ·Hec em̃ male seruata ĩtellectũ cõ turbãt· & alios ad risũ ꝓuocãt· & aurib? et cordi cõsulere debet vox lectoris. ¶ Tercio? est ordo ex orcistarz Exorciste aũt ex greco in latinũ adiurãtes vel increpantes vocanẽ Inuocant em̃ sup cathecu minos & sup eos qui habẽt spũm immũdum nomẽ tomini·adiurãtes ꝑ eũ vt egrediaẽ ab eis Ad exor cistã ꝑtinet exorcismos memoritez retinere· manus qz sup energuminos & cathecumenos in exorcizan do imponere· Debet aũt spũm mundũ habẽ q̃ spi ritib? ĩmundis impat·& malignũ expellẽ de corde suo quem expellit de corpe alieno· ne medicia quã alij facit sibi nõ ꝓsit· & dicaẽ ei Medice cura teip: sum Hij cũ ordinanẽ accipiũt de manu episcopi li brũ exorcismor & dicit̃ eis Accipite et habete po testatẽ ĩponẽdi man? sup energumenos & catbecu menos Hoc officio vsus est domin? ihesus xp̃s cuz multos demoniacos sanauit· hic ordo a salomone videẽ descẽdisse qui quẽdã modum exorcizãdi iue nit·quo demones adiurati ex obsessis corpib? ꝑ: lebanẽ·huic officio mancipati ·exorciste vocati sũt De q̃bus xp̃s in euangelio Si ego in beelzebub eij cio demonia. filij vestri sez exorciste in quo eijciũt ¶ Quarto loco succedũt acholiti·acholiti vo gre ce latine ceroferarij dicunẽ a deportãdis cereis qñ legẽdũ est euangeliũ vel sacrificiũ offerẽdũ· tunc em̃ accẽdũt lummaria·& deportanẽ ab eis non ad effugandas aeris tenebras·cũ sol eo tẽpore rutilet sed ad signũ lericie demõstrãdũ·vt sub tipo lumis corpalis illa lux ostendaẽ de qua legitur Erat lux vera que illuminat oĩnz hominẽ veniẽtem in hunc mũdum·ad acholitũ ꝑtinet ꝓpatio lumiariũ in sa crario Ipse cereum portat Ipse vrceolũ cũ vino & aqua suggesta ꝑ eucharistia subdyaconis ꝓpat·bi cum ordinanẽ edocti ab episcopo qualit̃ in officio suo agẽ debeant ·ab archidyacono accipiunt cãde labz cum cereo & vrceolũ vacuũ ¶ Quint? est or do subdyaconorz qui grece ypodyacones vocãtur quos nos subdyacones dicim?·qui ideo sic appellã tur quia subiacẽt ꝓceptis & officijs leuitarz Obla tões em̃ in tẽplo a fidelib? suscipiunt vt leuitis su ꝓponendas altaribus deferant·hi apud hebreos na thinei vocãt̃·ad sbdyaconũ ꝑtinet patenã & calicez ad altare dei seu xp̃i deferre·& leuitis tradẽ eisqz ministrare·vrceolum quoqz & aquaz manile et ma nutegiũ tenẽ · episcopo & ꝑsbiteris & leuitis ꝑ la uandis ante altare manib? aquam ꝓbẽ·his lex cõti nentie imponitur·quia altari appropiquãtes ·vasa corpis & sanguis xp̃i portant·vnde illud implere debẽt Mũdami qui fertis domĩ vasa·ad hos ꝑtinz tm̃ de oblatõibus ponẽ in altari quantum sufficẽ possit populo·necnõ corporale & pallas ·& sub= stratoria leuare·hi cũ ordinanẽ accipiunt de manu episcopi patenam & calicẽ vacuũ · ab archidyaco no vero vrceolum cum aqua manile et manutergi um ¶ Dyaconorz ordo sextum tenet locũ ꝓptez se narij pfectõem Hic ordo in veteri testamẽto a tri bu leui nomẽ traxit Dicunẽ enĩ & leuite De h° ri de in dyacon sup̃ in loco suo ¶ Septim? ordo est ꝑsbiterorz de quo in ꝑsbiter dicam· ¶ An degẽda tus amittat ordinẽ habes in missa ¶ Et scias ꝙ cũ caracter sit signũ distinctũ ab alijs oportet ꝙ in oĩbus ordinibus imꝑmaẽ · Cui? etiã signum est ꝙ ꝑpetuo manẽt & nunq̃ reiteranẽ·vide in caracter Item vide in cleric? Item in sacramentũ Itẽ ĩ simo nia Item in sacerdos· ¶ Item aĩaduerte ꝙ morta liter peccat qui cũ conscientia peccati mortalis ad ordines accedit·Sanctitas enĩ vite requirit̃ ad or dinem de necessitate ꝓcepti·sed non de necessitate sacramenti·Vnde si mal? ordinaẽ nihilomin? ordi nẽ habet·sz cũ peccato habet & vtit̃ eo·

Orea·ab oros qđ est visio dicitur hec orea oree·i· mõs Vñ hec oreas adis·i·nimpha vel dea mõtium

Orexia·in orexis est

Orexis ab os oris et exco cõponitur hec orexis hu ius orexis·i·vomit? exiens ab ore· Et inde hec ore xia xie·polifagia·i·multa comestio·nimiũ desideriũ comedẽdi·& otigit hec ifirmitas cũ extra naturaz

Organic? ca cũ·pnl'·cor· ¶ comedim? ad organum ptinens·& dr ab organũ gani

Organista ste·in organum vide·

Organizo zas·i·organo cantare·et dr ab organuz

Organum gani pnl'·cor·videtur dici ab orge · & est organuz generale nomẽ oĩm instrumentorz vel vasorum musicorz Dicitur etiam specialiter ꝑ q° dam instrumento Organum etiam dicitur modu latio que fit ĩ cãtilena·et ꝓprie cũ tlib? istrumtis

vel vasis· Vnde hic et hec organista ste· qui vel q̄ in tali instrumēto canit· Et dicit scōm quosdaz organuz ab orge qō est cultura· quia debem⁹ orgāis vti ad dei honorē et culturaz

Orge grece latine dicit cultura· vl orge·i· ira rgia ·ab orge quod est cultura deriuat hec orgia·horum orgiorum ppie sacrificia bachi q̄ ad cultū aīe credebant ptinere. vel orge·i·ira ·vnde hec orgia orgiorum sacrificia vel festa bachi· qz ibi ad iram frequēter mouebant· vel or·i·bonū·ge·i·terra·In de dicūtur orgia sacrificia bachi·quasi ex bonis terre·quia in sacrificiis bachi multū vini et annone ex

Oria·ab os oris dicit hec oria pēdebat· orie·i·frenū quod ori imponit

Ozic⁹·ab os ozis or oric⁹ ca cū·pnl'·coz·i· loquax rridic⁹ ca cū·pnl'·coz·i·oze dicēs·Et cōponitur ab os oris et dico dicis

Oridur⁹ ra rū·i·aspe loquēs·vel qui nō vult aperre os Et cōponit ab oze et dur⁹·& ppu·du.

Oziens ab orior oriris dicit hic oriēs tis· p orien tali plaga mūdi·vnde hic et hec orietalis & hoc le vnde orietaliter aduer·Potest etiam esse ge·omis & pticipium· ¶Quare autem ad orientem adorem⁹·habes in tabernaculū

Orificiū·ab os oris & facio pponit hoc orificium cij·i·foramē iferi⁹·qō & p quolibet foramīe dicit Et vt dicit ambro·vētris sūt duo orificia

Original⁹ in origine⁹ est·

Origineus·ab origine dicit origineus nea neū·& hic & hec originalis & hoc le·vnde originaliter adū biū·Vnde originale peccatū dicit quod ab origie natiuitatis cōtrahit·Nā scōm apostolū Omnes nascimur filij ire. ¶Sed potest queri an pena originalis peccati remaneat post baptismū· Ad hoc dico q̄ peccatū originale est primo p se ifectio nature·& p cōsequēs mficit psonā scōm q̄ dispositio i psonam redūdat·& scōm hoc duplex pena origīali debet·vna inquātū psonam mficit ·scz carētia diuine visionis·visio em̄ diuina actū quēdā designat actus aūt oīs psone est·qz actus indiuiduoz sunt scōm aristotelē·vnde & carētia diuine visionis ad psonam referēda est·cū opposita sint circa idē· alia pena debet sibi inquātū naturaz inficit· sicut necessitas moriendi·rebellio carnis ad spūm·& huiōi·q̄ omnia ex principijs nature creanē vel causanē·& totam spēm cōsequūtur nisi miraculose aliqñ aliē cōtingat·Dicendū est ergo q̄ baptism⁹ infectōem originalis mūdat·scōm q̄ infectio nature in personam redūdat· Et ideo p baptismū illa pena tollit q̄ psone debet·scz carentia diuine visionis Nō aūt baptism⁹ remouet infectōem nature scōz q̄ ad naturam p se referē·sed hoc erit in patria qñ nāa nostra pfecte libertati restituet· Et ideo oportz q̄ remaneat illa pena post baptismū que culpe originali debet scōm qō naturā inficit·& huiōi fomes est necessitas moriendi· & huiōi· Augustinus aūt tractans illud iob⁹ .xxj·Sequere me ⁊c·sic dicit·Prouectior est pena q̄ culpa·ne parua putaret culpa si cū illa finiret et pena·ac p hoc vel ad demōstrationem debite misērie ·vel ad emēdatōem labilis vite·vel ad exercitatōem necessarie penitentie·tpaliē hoiem detmet pena quē iam ad dānatōnem sempit nam reū nō retinet culpa. vide in pena·Solet etiā queri si mulier peccasset & vir nō· an cōtraxissent posteri originalē culpā·Ad hoc potest dici q̄ si mulier peccasset viro nō peccante·forte illa ī peccato suo mortua fuisset·& de⁹ viro aliam vxorē potuisset·si tamē ex ea filios genuisset· dicitur q̄ illi filij passibilitatē & defect⁹ naturales cōtraxissēt· non aūt originalē culpam vel defect⁹ qui sunt ex parte anime·Cui⁹ ratō assignat·qz scōm pīm in·xvj·li· de aīalibus·Corpus nō est nisi ex femina· aīa autē ex mare·Nō ita q̄ anima ratōalis traducat· sed qz in semine est virt⁹ formatiua·per quam alijs aīalibus inducit virt⁹ sensibilis·In hoīe vero organizatur corp⁹·& ppatur ad receptōem aīe ratōalis Si aūt ecōuerso adam peccasset muliere nō peccante filii ex vtroq̄ cōcepti vtrūq̄ haberent & defectum aīme et corpis·qz ex defectu anime defect⁹ etiam corpis causat· Deficiente em̄ prioze necesse est & posterius deficere·sz nō cōuertit

Orion onis·mas·ge·dicitur quoddaz astrum ante tauri vestigia fulgens· Et dicit orion quasi vrion· ab vrina·i.ab inundatōe aquarū·tpe em̄ hiemis oritur· & mare & terras aquis ac tempestatib⁹ ēbat scōm pap· Et pducit pmā sillabaz ac mediam orīō Vnde ouidi⁹ Obstitit orion lacona nitētib⁹ astris Sed vide quia inuenit orion p quodam citharedo & tunc producit pnl'·sed primaz corripit· vnde virgilius. Orphe⁹ insiluit inter delphinas orion·sūit em̄ hic p citharedo· ¶Sed de obliquis est dubitatio qñ ponit p stella·quia orionis producit in penl' tima a lucano·sed ab ouidio corripit· Vnde dicit lucan⁹ in prio g·Ensiferi nimiū fulget latus orionis Item in·ix·f·Teste tulit celo victi decus orionis Spōdeizat ei in quito pede·Sed ouidi⁹·xiii·meta mor·corripit penul·dicēs· Diūsasq̄ vrbes,nitidū q̄ orionis ensem·Ad hoc dicūt quidaz· q̄ scōm papiaz potest declinari hic orio vel orion·Si declinat orio sine n producit penultimā ī obliquis·sicut noīa desinentia in o·que terminent o ī obliquis· vt sermonis simonis·si aūt declinet hic orion p n· tūc corripit penl'·gtī·qz tūc magis sapit declinatōem grecam·Greca enim seu barbara desinentia in on· sepi⁹ o corripiūt in obliquis vt sidon sidonis simō simonis·canon canonis·vt dicūt quidam in iob vbi dicitur ·Qui facit arctum & orionas·& īteriora astri·Et in amos·v·vbi legit· Facientē arctum & orionē· debet o siue penul·corripi·qz magis est declinatio greca·Et orion p n exponit a gregorio·& hoc videtur oīs vsus approbare·q̄ scz in iob & in amos penultia de orionas vel orione corripiatur

Orior oreris vel oriris·i·nasci·Et pferē scōm terciam et q̄rtam cōiugatōem·In infinitiuo tātū pfertur scōm quartā scz oriri·& nunq̄ ori·Et habz duplex supinū scz ortū ortu·vnde ort⁹ ta tū·& oritū oritu·vnde oritur⁹ ra rū·Orior cōponit· adorior reris vel reris·adort⁹ sū·adoriri·i·valde vel iuxta oriri· vel inuadere aggredi·aborior reris vel riris· id est·lōge oriri vel oriendo exire·Vel aborīri non suo tpe oriri·i·sine lege nascēdi·sic pueri & mōstra qui uel que ante temp⁹ debitū nascuntur· vel q̄ cōtra naturam nascunt·Vnde aborsus ta tū·Et inde aborsiu⁹ ua uū·Coorior reris vel riris·coort⁹ sum id est·simul oriri·Exorior reris vel riris·exortus sū id est·extra oriri Suborior·id est latēter vel post vel subtus oriri Orior et eius composita sūt deponen· & profertur tam secundum tertiam q̄ secūdū quartā cōiugatōem· nisi in infinitiuo qui pfert tantū ꝺm quartaz Et faciūt supinū in ortū vl' in oritū·sed vsitati⁹ in ortū Similiter pticipia futuri tempis vsitatiora sunt ab oritū q̄ ab ortum·& ecōtrario pticipia pteriti temporis secundū hug· Pris· aūt in decimo libro dicit Orior et morior taz

scom terciam q secudu qrtam coiugacionem autores declinauerut supina eoꝝ ortu & moritu quis oritur? no ortur? inueniaꝫ pticipiu futuri. sed preteriti ort? no orit? dicit. Sic ergo scdm prisci. & hug. orior scom vtranq coiugacoem. scz terciaz et quarta inuenit declinatu apud antiquos Nunc tam scom usu modernoꝝ orior est quarte coiugacionis tm. sed adhuc tenet de tercia orit Vnde ecc'. pmo Orit sol et occidit pnul. cor. Et pticipiu preteriti tepis ort? su. & supinu ortu. qo inuenit etia orituz Vnde oritur? ra rum

Oritu. orior inuenit platu scom quarta et tercia coiugacoem. & habet duplex supinu. maxime scm antiquos scz ortu tu Inde ortus Et oritu tu Inde oritur?. Et vt dicit hug. oritu oritu habet penulti. pdu. scm q est supinu verbi quarte coiugacois. & habet ea de cor. scm q e sup. verbi tcie coiugacois.

Oriundus ab orior oriris dicit oriund? da du. no me. i. nat? vel nascendus. & regit gtm. vn i boetio Si remiscaris cui? patrie sis oriund?

Orix. vt dicit glosa in esa. ca. lj. aial est imundum nec sacrificijs aptu Et vt dicut quida orix est aial simile muri. quod nos dicim? glire. & declinat hic orix origis origi orige &c. De quo habet deutro. xiiij. Origem camelopardulu. Nota cm desinentia in x. faciunt genitiuu in cis vel in gis. excepcis nix. nox senex & suppellex

Oriza ze. maneries e pulmti. & vt dicut de ordeo

Orizon zontis masculi ge. media spera apparens super terram secundu papia

Oznia interptat anathema vel anathematizacio

Oznix est gallina siluestris. vel vt dicit pap. oznix est gallina affrica piguissima

Oznizomacia cie. i. diuinacio que fit in pectore vl' in ortu vel in gustu pullorꝝ. & componit ab oznix quod interpcat gallina siluestris. & mancia quod est diuinacio secundu hugui.

Ozno nas nauinare. i. colere decorare. Et deriuatur ab os oris. quasi ora et vult? decorare. vnde ornamentu ti dicit. quia eius cultu et vultus & os decorant. Vnde dicit papias Oznamentu. decus. gloria. laus. dignitas. ornat?. Oznamenta pciosa vestimenta dicta q eoꝝ cultu ora et vult? decorent Et ab ozno nas dicit hic ornat? tus. id est cult? habitus. vestiu decoracio Et ornat? ta tu. i. nitid? lucid? cult? luculentus. Ozno secundu hug coponitur Adozno nas Deozno nas. i. valde ornare vel ornatum auferre Exozno nas in eode sensu. Et est actiuu ozno nas cu suis copositis. Hic potest queri An facientes ornamenta mulieꝝ peccent Ad hoc dico q siqua ars est faciendi aliqua opa quib? homines vti no possut absqz peccato. p cosequens artifices talia faciendo peccat. vtpote pbentes directe alijs occasione peccandi. puta si quis fabricarz idola. vel aliqo ad cultu ydolatrie ptinens. Siqua vero ars sit cui? opib? homies possunt bene & male vti. sicut sunt gladij sagitte. & alia huiomodi. usus taliu artiu non est peccatu. Si tame opibus alicui? artis vt plurimu qui male vterent quis de se no sint illicite. sut tamen p officiu principis a ciuitate extirpande. secundu documentu platonis. Quia ergo mulieres licite se possut ornare. vel vt conseruet decentia sui stat? vel etiam aliquo supaddo vt placeat viris. consequens est q artifices taliu ornamentoꝝ no peccant in usu talis artis. nisi forte inueniendo aliqua superflua et curiosa. Vnde crisostom? sup matheu dicit. Qz etiaz ab arte calcioꝝ et textoꝝ multa abscindere oportz

Item scias q dicit augustin? i libro de sermone dni in monte. No in solo rez corpeaꝝ nitore atqz pompa sed in ipsis cordib? et luctuosis posse esse iactantia & eo piculosior est quo sub noie seruitutis dei decepit. Et phus dicit m quarto ethicoꝝ q & superabundantia et inordinat? defect? ad iactantia pertinet. vide in vestio

Oro oras dicit ab os oris. et est orare ore dicere rogare. ore racocinari. Et coponit Adoro ras Exoro ras Peroro ras. i. valde orare vel pfecte orare Oro ras est actiu cu oib? suis copositis. & pdu. secundu hug. Quida tame ponut significationes de oro i hoc versiculo Supplicat implorat petit obsecrat hec notat oro An dicendu sit xpe ora p nobis. Et an sancti orones nostras cognoscat Et p q bus orem. & an sanctos orare debeam?. dixi in oratio. Item quare ad orientem debem? adorare dicam in tabernaculu.

Oroma visio interpcat secundu papia

Oronon grece. i. temp? latine

Oros orontis pprium nomen cuiusdam montis. Hinc videtur dici hic orontes. huius orontis. dux licioꝝ. quia magnus fuit

Orphanotrophita. i orphanotrophiu est

Orphanotrophiu ab orphanos et trophos quod est coueacio coponit hoc orphanotrophiu phij. hospitale vel ali? loc? venerabilis in quo orphani conuersant et pascunt. vnde hic & hec orphanotrophita phite. qui vel que est custos orphanotrophij siue domim? siue dna talis loci

Orphan? na nu. idem est quod pupillus Sed illud grecum nome est. & hoc latinu. vnde i psalmo vbi legit Pupillo tu eris adiutor. grec? hz orphano

Orreu Ab ordiu dicit hoc orreu rei. qsi ordeu loc? est vbi reponit ordeu Generalit tame loc? vbi reponit annona quelibz dicit orreu. vel dicitur ab horreo res. qz spicis horret. sz pus dictu pualet

Orsum adubiu loci. i. in hac ptem Inde deorsum. Ite orsum orsi potest esse nome ab ordior ordiris id e. principiu loquendi vel locutio

Orsus sa sum. i. incept?. & hoc orsum si. & hic orsus sus. vide in ordior diris

Orticola le penul. corre. ab ort? et colo lis coponi tur. i. ortolanus. ortu colens

Ortigia in ortix est

Ortigometra. ortix grece latine dicit coturnix Inde dicit hec ortigometra tre. quedaz auis. & vt dicut est coturnix que gregem ducit. terre ea approp quate accipiter videns rapit scom hug. Papi. etia dicit. Ortigometra genus auiu. i. coturnices. quas veteres vesci interdixerut. Solu em hoc animal sic homo morbu caducu habet. & producitur penultia. ab alexandro. Dic coturnices designare ortigometra.

Ortilio. ab ortus orti dicitur hic ortilio ortilionis idem quod ortolanus

Ortix ortigis fe. ge. grece latie dicit coturnix. Inde hec ortigia gie. quedam isula. scz delos

Ortodox?. a doxa quod est gloria. & ortos rectu coponitur hic ortodoxus xi. i. vir recte glorie scz recte credens & ut credit uiues. Quo noie no potest uocari qui aliter uiuit q credit. unde hec ortodoxa xe. i. femia recte glorie Et hec ortodoxia xie id est. recta gloria. Et potest dedimari adiectie ortodoxus xa xuz. secundu hug. Papias uero dicit ortodox? grece. rite catholic? homo dicit fide rect? & uita probabilis. qui latine uir recte glorie dicitur & producit penultima positoe

Ortegomen? ortos quod est rectum et mpenitur cuz gomenos quod est accētus· & dicīt ortogomen? na nū·i·recte accētuat?· quasi nō encleticatus

Ortogoniū nii·i·m ortogon? est

Orthogon? ab ortos quod est rectū· & gonos qđ est angul? cōponīt ortogon? na nū·i·recte angulat?·& hoc ortogoniū nij.i·rect? angulus·figura plana·Est em̄ triangularis·& habet angulū rectuz scōm hug·& corripit go

Ortographia·ab ortos rectū & graphia scriptura cōponīt hec ortographia phie·penul·acuta· id est recta scripitura literaz et sillabaz · Et scias q prima pars huj? opis dicīt ortographia· quia ī ea docetur recte scribere

Ortolan? ab ortus ti dicīt hic ortolan? ni· cultor orti·Et scias q antiqui dicebāt ortulan? p u·in secūda sillaba ab ortus· sed moderni dicūt ortolan? p o·ab orto·& pdu·penul·ortolan?·

Orthoneumenus Neuma cōponīt cū ortos qđ é rectum & dicīt ortoneumen? na nū ·i·recte modulat?·vnde quedā xpnoīa apud grecos scz discretiua dicunt ortoneumena quasi recte modulata· id est recte accētuata· ad drāz illoz q sūt inclinatiua

Orthonoyc? q tm̄ emittit aere qātū recipit· Et cōponitur ab ortos quod est rectum & noyc? Inde ortonoycus qui equo modo recipit et emittat ·Le corripit penul·ortonoyc?

Ortos grece latine dicīt rectū

Ortul? li·dimi·pnl· cor·puus ort?·

Ortus ta tū·ab orior oriris dicīt ort? ta tū· pti i piū· Et hic ortus tus·i·natiuitas· & hic ort? orti secūde declinatōis·qz semp ibi aliquid oriaī·& nū q̄ fit sine fructu scōm hug· Papias vero dicit sic· Ortus ta tū·nat? genit?·subito visus· Ortus vero tus tui. natiuitas genitura subita apparitio xcess? Ortus vero orti orto·ager amen? oleribꝫ abū dans vel paradisus· Ortus olez inde dict?· quia semper ibi aliquid oriaī. Nā cū alia terra semel ī āno aliqđ creet·ortus nunq̄ sine fructu est

Os oris dicīt ab hostiū neu·ge·quasi hostiuz·qz p ipsū quasi p hostiū cibos intromittim?·& spūm fozas eijcim?·vel quia p os egrediaī verba & īgrediaī cibi · & p ducīt os oris sed os ossis corripīt·vnde versus· Os oris loquīt cozio vestīt os ossis · Ab os oris dicīt hoc os ossis·quod antiqui dicebāt hoc ossū & hoc ossu & inde genitiu? plalis ossuū·sed nūc dicim? os ossis esse ossiū·p i·in penultima sillaba genitī plalis Et dicūtur ossa ab oze qz pateāt in oze apti? q̄ alibi·imo in alia pte corpis nō patēt· Naz vbiqz cute & viscerib? obtecta celanī·vel dicunt ossa ab vro vris quasi vsta·qz olim cremabanī

Os ossis ge·neu·ossiū ossib?·in os oris vide·

Osa ab os ossis dicīt hec osa ose·quod dā gen? calciamēti·qz primo de corijs boū ose facte sūt· Et q̄ uis nūc ex alio genere fiāt· pristinū tn̄ nom̄ retinēt Vū osat? ta tū·i·osas habēs·

Rideo a radio radias dicitur rideo rides risi risuz. Qui em̃ ridet. dentibus videtur quasi radiare. vnd̃ hic risus sus. sui. & hic & hec risibilis et hoc sibile. aptum natum ridere. vnde risibiliter aduerbium. & hec risibilitas risibilitatis. Rideo componitur arrideo des. arrisi. i. ad aliquid ridere. uel cum ridente

ridere·corrideo des·simul ritere·uel cum alio ride re·ex con & rideo·& mutaē n̄ in r·derideo derides deludere·vnde hic derisus dersus risui·& hec deri sio·& hic derisor·vnde hic derisorius derisoria de risorium·Itē irrideo des.id est·deludere· surrideo surrides·id est·latēter uel post·vel subtus· uel pa rum·vel remisse ridere·Rideo et eius cōposita neu tra sunt·Preter derideo et irrideo que sunt actiua Et omnia faciunt preteritum in si·et supinum ī sū· & pducūt ri·Vnde horatius epi·Nocturnos lemu res portenta thessala ride

Ridiculus a rideo rides·dicitur hic ridiculus ridi cula ridiculum·de quo potest haberi derisio. vel q̄ aliū deridet uel qui in rebus turpibus ridet·& hoc ridiculum ridiculi·id est·derisio·vnde ridiculosus sa·sum·& hic & hec ridicularis et hoc re·vñ ridicu lose·& ridiculariter aduerbia

Rien rienis in ren vide·

Rigeo ges·gui·rigere·i·esse uel fieri rigidum·s· durere·algere·corpere·horrere·sicut cum capilli eri guntur·vnde rigesco rigescis inchoatiū· Rigeo cō ponitur derigeo deriges·irrigeo ges·obrigeo ges· Rigeo et eius cōposita neutra sunt· et carent supi nis & faciūt preteritum in gui·& corripiūt hāc sil labam ri·Vnde ouidius epi·Vltima prerupta cor nua mole riget

Rigidus a rigeo riges dicitur rigidus rigida·dū & comparatur rigidus rigidior rigidissimus·vnde rigide dius· sime aduerbium·& hec rigiditas rigi ditatis·& rigido rigidas·id est· rigidum facere·& est actuum·

Rigo rigas rigaui rigare·i·madefacere·humectaē vnde riguus rigua riguum·id est·madid?·vel fer tilis uel fecūdus·& componitur·arrigo arrigas·id est·iuxta uel valde rigare·corrigo gas·i·simul riga re·Irrigo gas·i·int? l̄ ualde rigaē·vñ irrigās tis· generis omīs·& irriguꝰ gua·guum·Rigo et eꝰ cō posita sunt actiua et corripiūt ri·vñ theodol?·Ad dictus morti faciē rigat imbre salubri

Rigor a rigeo riges dicitur hic rigor rigoris·id est·duricies rigiditas·

Rima rime·i.fissura·vnō hec rimula rimule·& ri mella le·ambo dimi·& rimosus sa·sum·i·rimis ple nus·& componitur·vnde rimose sius·sime·aduer bium.& hec rimositas tatis.

Rimella le·di·pua rima·

Rimor a rima me·dicitur hic rimor rimoris·id est scrutiniū·& rimor rimaris rimatus sum·rimari·id est·scrutari·inuestigare·inquirere·tractuꝫ a porcis qui per rimam terre siliquas et radices inquirunt· & componiē Perrimor marisi·id est·pfecte uel sub tiliter rimari·et est deponētale cum suis compositis & pducit hanc sillabam ri·vnde pspex·Morbida rimetur penetralia dextra salutis·& m greciſmo di cit Scrutor ut experiar·vt sanē vulnera rimor·

Rimula le·di·pua rima·

Rimatrix·serpens aquam veneno inficiens·ō quo lucanus ca.xi·Rimatrix violator aque·legitur ibi· & natrix violator·vt dixi in natrix·secūdum hug. Papias vero sic dicit·Rimatrix serpens aquam ve neno ificiēs·ī quocūq; eī fōte fuerit suū ibi imisc venenuꝫ·ringo gis.a rideo des·diciē ringo gis·rin xi·rictum·rmgere·i·irasci·indignari· murmurare· uel rictum facere·Ringo coponitur arringo arrin gis·corringo gis·obringo gis· Ringo est neutrum cum suis compositis·& facit preteritū in xi·& supn in ctum·Inuenitur etiam in deponēti genere·Et

nota q̄ ringo ideo deriuatur a rideo·quia q̄ ringit quodāmodo videtur repsentare·formā ridētis·

Rinoceros Cetos quod ē corno·componitur cū rinos quod est naris·et dicitur hic rinoceros rino cerotis·idem animal quod egoceros·secūduꝫ quos dam·uel pro alio animali·& mteptatuꝫ in nare cor nu·dicitur quoq; rinoceros p virili mēbro·quia ri geat·uel quia sit vnicorne instar rinocerōtis·Vnō iuuenalis·& magno cum rinocerōte lauari· Predi ctum etiaꝫ animal dicit monoceros·i·vnicornis qz vnum cornu in media fronte habeat· Hic nota q̄ inuenitur hic rinoceros.& tūc facit genitiuꝰ rino cerotis·interposita ti penultia pducta·ut sacerdos dotis·& accusatiuus ōsinit in em uel ī a· ut rinoce rotem uel rinocerota·et iste grecus accusatiuus in uenitur quādoq; in moralibus gregorii·& iste geni tiuus rinocerotis inuenit in deutro·ca·xxxiii·Cor nua rinocerotis cornua illius·Item iste nomīatiuꝰ rinoceros inuenitur in iob·xxxix·Nunquid volet rinoceros seruire tibi·Item inuenitur rinoceron· & tunc facit genitiuus rontis·& formatur geniti uus a nomīatiuo tis addita·Nam ut dicit prisci·in vi·li·Si em̄ dicas leon·necessario suas·ut genitiꝰ quoq;·secūdum grecos t·habeat leontis Gregoriꝰ in moza·ponit etiam mirmicoleontis· & ab isto no minatiuo rinoceron descēdit iste accusatiuꝰ rinoce rontem·uel rinocerōta·Et talis accusatiuꝰ grecus inuenit in iob·xxxix·Nunquid alligabis rinoceronta ad arādum in loro tuo·Si autez mueniaē ibi rinoce rota sine n·in penultia sillaba·tūc descēdit a rinoce ros rotis·rinocerotem uel rinocerota·Potest etiaꝫ dici hic rinocerus ri·penul·correpta· & tūc est no minatiuus latinus·et formatur a rinoceros qō po test esse genitiuus grecus o·vltime mutata in u·Nā sicut dicit prisi·in sexto libro·ex genitio greco fit la tinus genitiuus mutata os·vltima ī is·ut titan tita nos·titan titanis·delphin nos· delphin delphinis· dicitur tamē delphinus ni·In multis em̄ inuenim? a genitiuo greco factū latinū nomīatiū ut elephas elephātos.& hic elephas hui? phātis·& hic elephā tus hui? ti·a gēo greco elephātos·& hic arabs ara bos.hic arabs huius arabis·et hinc fit hic arabus bi Titan·titanos·hic titanus.huius titani· Lucillus ī quarto·ethiopus dixit p ethiops Rinocerus veluti ethiopus Sic ergo secūduꝫ prisi·a genitio greco fit nomīatiuus latinus os mutata in us·uel o mutata in v·ut ab elephantos. hic elephantus· elephanti· et a rinoceros rinocerus Item a genitiuo greco ge nitiuus latinus os mutata in is·ut arabs arabos· arabis arabis Scias insuper·q̄ gregorius expo nens illud iob·Nunquid volet rinocerꝫ seruire tibi·ita dicit Rinocerꝫ indomite omnino nature ē ita ut siquādo captus fuerit teneri nullatenus pos sit·Impatiens quippe ut fertur ilico morie· Eius ve ro nomē in latina lingua interpretatum sonat· ī na re cornu·et quid aliud in nare nisi fatuitas·quid in cornu nisi elatio designaē·Rinocerꝫ iste qui etiaꝫ monocerꝫ grecis exemplaribus nominaē tāte esse fortitudinis dicie ut nulla venātium virtute capia tur Sed sicut hi asserunt qui in describēdis naturis animalium laboriosa inuestigatione sudauerūt· vir go ei puella preponitur·que venienti sinuꝫ aperit· in quo ille omni ferocitate postposita caput depo nit Sicq; ab eis a quibus capi queritur soporatus velut inermis inuenitur· Buxei colorꝫ quoq; esse describiturꝫ· qui etiam cum elephantis quādo certa men aggreditur·eo cornu quod ī nare singulariter

gestat·ventrem aduersantium ferire perhibetur ue
cum ea que meliora sunt vulnerat impugnātem se
facile sternat · Potest etiaz per rinocerōta uel certe
monocerōta sez vnicornem ille populus intelligi q
dum de accepta lege nō opera sed solam inter cun
ctos homines elationem sumpsit · & quasi inter be
stias cornu singulare gestauit. Vnde passionez suā
dominus prophetā canente pnuncians ait · Libera
me de ore leonis · & a cornibus vnicornium humili
tatem meaz · hec gregorius Solimus autem sic di
cit · Rinoceros est monstrum quoddam rugitu hor
rido · corpore equino · capite ceruino · ex cius fronte
media cornu protenditur · splendore mirifico · ad ma
gnitudinem quattuor pedum · ita acutum vt quic
quid impetiente facili ictu perforet · nature indomi
te · qui si captus teneaē cito moritur Potest etiā
dici q vnicornis vel rinoceros signat dei filiuz Nā
deus ut videbatur ante inuisibilis absconditus &
austerus · amore virginis marie attractus est · & in
sinu eius dormiuit · & sic ouis in morte māsuetus ē
effectus · Nā ad nos venit pssus pōdere caritatis ·

Rinos interpretatur auris uel naris · & accentua
tur in fine ·

Ripa a rapio rapis dicitur hec ripa pe · quasi rapa
quia rapiatur ab aqua · vnde hec ripula ripule · dimi
minutiū · & ripatus ripata ripatum · id est · ripaz ha
bens · & hoc ripatum ripati · tributum quod accipi
tur in ripis · & ripatim · id est · per ripas · uel de ripa
in ripam · & designat locum riparum sicut hostiā
hostiorum · & producit ripa primā · Lucan? m iii · Me
nō lethee cōiunx obliuio ripe

Riphe interpretatur impetus · Vnde ripheus ri
phea ripheum · id est · impetuosus · vnde quidaz mō
tes dicti sunt riphei · ab impetu grandinum & ven
Ripula le · di · pua ripa ·

Riscus a rima dicitur hic riscus risci fissura ul' fe
nestra patens in pariete · Vnde terentius · In risco
uel odiosa sita est · secūdum huguitionē · Papias ve
ro dicit · Riscus fenestra parietis · vas ex iuncis et
viminibus ·

Risibilis in rideo des · exponitur

Ritus tus · tui · masculini generis dicitur cōsuetu
do a moribus tracta · & pertinet ad iusticiam · & di
citur a ratus quod est firmus · Vnde ritus dicitur
quasi ratus · quia que rata sunt & firma ritui debēt
tradi · Vel rit? dicitur quasi rectus a rego regis · ex
quo equum pium et sanctum prospicimus · Et est
ritus in re · mos in sermone · Vel ritus est mos vetu
stior et firmior · secūdum huz · Et dicit priscianus ·
A ritu etiam rite pro recte dicitur · quia nihil tra
hitur ritibus nisi quod rectum creditur esse · Pap.
vero sic dicit Rite recte iuxta morem · legitime p
hoc Ritus · mos · institutum · sequela · exemplum · Et
producit ri ·

Riualis a riuus dicitur hic et hec riualis · & hoc le ·
ad riuum pertinens uel cum alio potās eandem ri
uum · Vnde et per similitudinem riuales dicuntur
illi qui eandem habent amicam cōmunem · quia qua
si de vno riuo · id est · ō vno amore bibūt · & p com
positionem hic et hec corriualis · et hoc le · in eodem
sensu · & producit hāc sillabam va

Riuus a ruo ruis dicitur hic riuus ui · quia cito ru
at · vel dicitur riuus a rigo gas · quia ducitur ad ir
rigandum terram · Riuus subito fit · et celeriter de
curzit et deficit · Fons vero est caput & decursus
aque que naturaliter manat · Torrēs autez est et re
pentinis imbribus factus magnum impetuz' habēs
seu aduenīente estate calore solis torrescit vnde &
nomen habuit Fluuius est aque decursus generali
ter · Flumen est aqua decurrens · Et a riuus dicitē hic
riuulus riuuli · diminū · & riuosus riuosa riuosum ·
& producit ri · Vñ tobias · Riuus messis agro · mes
se pbatur ager ·

Rixa a ringo ringis dicitur hec rixa rixe · que iter
multos committitur et iniuria consistit · vnde hec
rixula rixule diminutiuum · & rixosus rixosa rixosū
uel rixuosus rixuosa rixuosum · id est · rixa plenus ·
& vtrumqz comparatur · vnde rixose uel rixuose si
us · sime · aduerbia · & hec rixositas uel rixuositas ·
& rixor rixaris rixatus sum · rixari · id est · rixam face
re · cōtendere · vnde rixabūdus da · duz · i · rixāti silis
uel qui facile mouet ad rixam ·

Roboam interpretatur latitudo populi · &
hoc per antifrasim · quia decem tribubus
ab eo separatis · due tantum tribus ei reli
cte fuerant ·

Roboro a robur derivatur roboro roborās · i · cō
fortare · confirmare · maiores vires dare · & compo
nitur · corroboro roborās · Et est actiū cum oībus
suis cōpositis · & corri · hāc sillabam bo

Robur a ratus quod est firmus dicitur hic robur
boris · generaliter ex omni materia quidquid est fir
missimum · quasi robur · scz fortitudo · vires · vñ etiā
quoddam genus arborum dicitur robur · quia valō
firmum est · Et etiam quelibet arbor uel lignum di
citur robur · vnde robustus sta · stum · i · fortis & fir
mus · & comparat ·

Robustus in robur exponitur ·

Roda de · grece · latine dicitur rosa

Rodanus · Rodij dicti sunt quidam qui venerūt
iuxta rodanuz · et edificauerunt quoddam opidum
quod rodum vocauerūt · Et hinc quidam fluuius
gallie dictus est rodanus · quia rodet ripas · vel di
citur a rodanizo zas · quod latīe dicitur torqueo · qz
torquet lapides · et arbores euellit īpetu suo · et cor
ripit da · siue penultimā · & a rodani societate dicē
hic rhenus ni · quidam fluuius germanie · qz cum eo
ex vna prouincia oritur

Rodo rodis rosi rosum · & componitur arrodo ar
rodis · id est · valde ul' iuxta rodere · corrodo corro
dis · id est · simul rodere · circumrodo circumrodis ·
derodo derodis · erodo erodis · id est · extra uel valō
rodere · Rodo et eius composita sunt actiua · et fa
ciunt preteritum in si · & supinum in sum · & produ
cunt hanc sillabam ro ·

Rodomellum li · neu · gnis vinū uel cōfectio ex su
co rose & melle · & componē a roda greco · qō latī
ne · dicitur rosa & mel mellis

Rogatiūcula le · di · pua rogatio

Roga a rogo rogas dicitur hec roga roge · id est ·
elemosina ·

Rogo rogas rogaui rogare · id est · petere · vnde
hic rogator rogatoris · & hec rogatio onis · & rogi
to rogitas frequentatiū · Rogo componitur · Abro
go abrogas · id est · delere · destruere ex toto · Arro
go arrogas arrogaui arrogare · id ē · superbire · Itez
arrogare · pez superbiam & arroganter acquirere ·
vel sibi attribuere · sed ponitur simpliciter pro ad
quirere · vnde arrogans · id ē superbus et se extollēs
& comparatur · vnde arroganter · arrogantius arro
gantissime aduerbium · & hec arrogantia arrogātie
Corrogo corrogas · id est · congregare · uel inuitare
Derogo derogas · id est · maledicere · detrahere · vel
diminuē ex parte · non ex toto · Erogo gas · erog aui

erogare·id est·dare·distribuere·et proprie ī elemosinas· Irrogo irrogas·id est·inferre· ut irrogauit mihi contumelias·id est·intulit· Prorogo prorogas id est·differre·distendere·prolongare·protrahere· Prerogo prerogas·id est·precellere·excellere·superare·uel preponere·vnde hec prerogatiua p̄rogatiue·id est·singularis excellentia· & prerogatiuus p̄rogatiua prerogatiuū·id est·excellens·uel ad prerogatiuam pertinēs· Surrogo surrogas·id est·substituere·Vnde augustinus in libro de ciuitate dei· Lucretius qui in loco bruti fuerat surrogatus Horum autem compositorum significationes facile his versibus distinguuntur· Si rogat addideris congregat·e·dat·in infert·De minuit·sub stituit·p protrahit·inter Queritur·pre superat·ab destruit· adq superbit·Rogo et eius composita sunt activa·& corripiunt ro·Et est idem rogo quod peto· oro.imploro·

Rogus a rogo rogas dicitur·hic rogus rogi·id ē ignis pro mortuo accēsus·Sed rogus proprie ē cōpositio lignorum· Pira quādo corpus appositum est et ardet· Funus mortui apparatus Bustum corpus concrematum·Sepulcrum vbi ossa condūtur Tumulus cōgestio terre ī loco aliquo sctō qui et si ne ossibus potest esse·Monumētum uero ē cuiusli bet rei memoria que monet mētem·

Roma a remus dicitur hec roma rome·et nō a romulus·Tūc em̄ deberet dici romula romule·& nō roma·& dicitur roma a remus·quia ille fuit p̄mus fundator illius ciuitatis·vnde romanus romana romanum·& hinc romanizo romanizas·id est· romano more se habere uel loqui·& romānizo romanizas id est tormentare·cruciare·affligere·trucidare· & producit ro roma·Et ut dicit prisci· Sunt quedaz gentilia similem possessiuis habentia formam· vt romanus ciuis·et romanus ager Et scias q̄ regnū romanorum fuit potentissimū ut dixi ī chaldei

Romanizo zas·in roma est.

Romphea grece latine gladius·Nam ut in genesi dicitur·Gladius flameus & versatilis·in greco rōphea habetur·Item romphea est gladius ex veraq parte acutus· quem vulgo spatam dicūt·Ipse est & framea·secūdum p.p·& potest corripi penultima & prouci·habito respectu nūc ad linguam latinam nūc ad grecam·vsus tamē cōmunis habet q̄ ī prosa corripiatur·Idem dico de framea·de hoc etiam dixi in secūda parte vbi egi de regulis generalibus accentus Hic nota q̄ deus emisit primum hominem de paradiso voluptatis in locum sibi cōgruum Ne uero posset ad illud lignum accedere collocauit deus ante paradisum·cherubin et flameū gladium atq versatilem siue rompheam ad custodiēdū viā ligni vite·Quod iuxta literaz potest hoc modo exponi·quia per ministerium angelorum ignea custodia ibi cōstituta fuit·Hoc em̄ ut dicit augustin? super genesim Per celestes potestates ī paradiso credendum est visibiliter factum esse·ut per angelicū ministerium ibi esset quedam ignea custodia·nō tamen frustra·sed quia aliquid signat de paradiso spirituali Cherubin em̄ interp̄tatur plenitudo scientie hoc est caritas·q̄ plenitudo legis ē dilectio. Gladii aūt flamei pene equales sunt·que versatiles sūt·q̄m tempora volubilia sunt·Illa ergo ad custodiam ligni vite·ideo posita sunt ante paradisum· quia ad vitam non redit̄ nisi per cherubin·id est·plenitudinem scientie·id est·caritatem·& per gladium versatilem·id est·tolerātiam temporalium passionum. Vide in paradisus

Romulus vel romus fuit frater remi Ex eo romus dicitur de impositione·Romulus diminutiue causa blandimēti·vnde romuleus romulea romuleum·& romulides de.filius vel nepos romuli·Romulide etiam dicūtur romani·quia fuerunt de progenie illius·Vnde hec romulis romulidis·id est·filia' nepris illius·uel romana·

Roro roras rorauī rare·id ē·rorem emittere·l'stillare neutrum est·vel aspergere ad motum roris·vnde p compositionem·irroro ras·i·aspgere·infundē roro pro rorem emittere·vel stillare neutrum est·sz p aspergere actiuum est cum suis compositis.& producit hanc sillabam ro

Ros a rarus dicitur ros roris·quia rarus est & nō spissus ut pluuia·Vel rosor dicūt greci·& inde nos dicimus ros roris·Vel ros dicitur a ruo ruis·q̄ ab aere ruat ad terram·vnde rosidus rosida rosidum id est·rore plenus·& hinc rosidul? rosidula rosidulum dimmutiuē Et scias q̄ ut dicit aristoteles·Generatio roris aliquādo est in vapore qui multū hz humidi aerei & subtilis aliqd terrestris sicci·& nō eleuatur ille nisi tempore caumatis·qui cum eleuatur digeritur caliditate aeris humidum aereū digestione bona·et p̄miscetur ei fortiter terreste siccum & postea frigore temperato pinguescit humidum aereum·& cadit ros fluens & viscosus & vescalis ad modum mellis super herbas & folia arborū Sole autem agente in ipsum euaporat humidū· & cōburitur in ipō terrestre siccum·et efficitur ac si farina subtilis sit sparsa super herbas et arborum folia & sua siccitate exiccat ea & comburit & ī ducit stet rilitatem in eis·Herbaz autem super quā cadit ros ille·appetitu vehemēti comedūt animalia·et p̄cipue oues. Et quia mel nō decoctum soluit ventrem·iō oues multum de ipso comedētes·fluxu vētris moriuntur·Et cum sit calidum et siccum nutrit colerā in eis·& ideo inueniūtur ille oues morbide frequēter & crocee interius quādo aperiūtur per incisuras Q̄ autem verum sit quod dictum est·testat̄ auicēna in libro secūdo canonis vbi loquit̄ de simplicibus medicinis dicēs·Dicūt q̄ mel est occult? ros cadens super floēs & alias plātas & super lapides quod apes colligūt·Et aliquādo est ros manifest? quez possunt colligere homines In idem autē redit generatio mānatis· vt dixi in mel· Item cōsueuit q̄ri de generatione pluuie & niuis in cōmuni· & de differētia eorum ad rorem & pruinā· Ad hoc intelligendum scias q̄ ex nube nunq̄ aqua frigida cōgelatur·nisi in loco vbi nubes sunt·et ex vaporib? nubes fiunt·Ille autem est locus medius aeris q̄ inter omnes est magis frigidus·Ex illo autē loco nubiū ad terram descendūt tria corpora· quorum omniuz generatio & esse est ꝓpter frigus·sicut propter causam efficientem·Sunt autem hec tria·aqua pluuie nix et grando Quecūqz em̄ ab aere descendūt·aut descēdūt congelata·aut n̄ congelata·Si cōgelata descēdūt·aut sunt cōgelata sil'et conuersa in aquam aut sunt prius in aquam conuersa & postea congelata Quecūqz autem descendūt non congelata·sunt sicut pluuia· & que descendūt congelata quoruz cōgelatio fuit simul cum conuersione in aquam·sunt sicut nix·Que autem descendūt congelata·ita q̄ congelatio sequatur conuersionem sunt sicut grando·

Differentia ergo corporum descendentium ab aere penes formam acceptam· nō est nisi per tria p̄dicta corpora· Vnde corpora descendētia ab aere

sub istis accepta sunt duo similia · quia ul' descēdūt fluida hoc est nō cōgelata · vel descēdunt termīata hoc est congelata · Sunt autez duo & causa generationis eorum est una scz frigus simplex & excellēs Et licet plura numero mueniātur · tamē reducūtur secūduz formam ad ista · quia diuersitas eorum nō est nisi in paucitate & multitudine tāntum · quia nix est pruina multa · differens secūdum accidens quod est duricies · & pruina est nix pauca differēs secūdū accidens ab eo · quod est mollicies · Similiter autem ros est pluuia pauca · & pluuia ros multus per accidens differēs · Pluuia autem est ros multus · & iō pluuia non fit nisi ex multo vapore · q̄ infrigidatus est · & causa illius est tēpus · & locus · & frigiditas Temp? quidē · quoniaz remanētia vaporis roscidi in alto est dies vnus · quia in die eleuatur tempore sereno · et in nocte descendit · Similiter autez est ō vapore pruine · sz vapor pruine et niuis remanz eē tēpe pluuie · & multi sunt dies · & diu agit in eis calor eleuatus · & frigus inspissans in nube · & cōuertens nubem in aquam · & etiam cōgelans in glaciez Similiter locus generationis roris strictus est siue sit locus generationis eius per se · siue sit locus generationis eius per accidens · quia inferior loc? sue generationis pro tāto strictus est · q̄ non multum a terra ē eleuat? · sz āplior & magis dilatatus est locus generationis pluuie & niuis · quia totus locus medius vbi dilatatum est frigus · est locus generationis pluuie & niuis · similiter frigus temperatum est generās rorem · sed intemperatum non excellens generat pluuiam · Excellens autem generat niuem & pruinam · quoniam pruina fit ex vapore congelato antēq̄ spissaretur in niuem & nō in loco medio qui est locus nubium Nix autem est ex nubibus in spissatis et congelatis paulatim egrediente calido · Cuius signum est q̄ nix cadit mollis · & pruina cadit dura · quia mollicies niuis fit ex hoc q̄ pars calidior nubis resoluit duriciem eius cum gelatur · & ideo nō frigescit · quia cū partes vaporis & nubis congregarētur · nō potuerūt adeo congregari in cōgelatione q̄ indurarentur Per oppositum autem ō pruina · quia congelatur vehemēter ex frigore loci & temporis · & expellitur totum calidum · ita q̄ nihil est impediens quin frigus conuertat in rigorez partes vaporis vehemēter aggregando & cōtrahēdo per congelationem Nota etiam hic q̄ differēuiam roris ad pluuiam satis breuiter tāgit aristoteles dicens Cum id quod descēdit ex vapore est res parua & tardatur in descēsione sua nomīatur ros · & quādo illud quod descēdit est multuz habēs mēsuram in corpore suo · et velocitatez descēsionis sue nominaē pluuia · Videtur autez aristoteles his uerbis dicere q̄ non differunt in materia et forma ros & pluuia · quia multum & paucum siue parum non faciunt differētiam nisi per accidens · Vnde ros & pluuia hoc modo per accidens · & non per se habent differētiam · quod non est verum · quia ros ē calidus & humidus in genere suo · et pluuia in comparatione ad rorem est frigida & humida Adhuc autem pluuia nunq̄ fit sereno tempore · Ros autez fit sereno tempore · Adhuc autem nulla pars nubis signum est serenitatis · Ros autem omnis est signuz serenitatis · Ex istis ergo videē q̄ ros & pluuia habent differētias essentiales et nō accidētales tantum · et certissime est verum · Vnde vapor paucus qui est materia roris subtilis est · quia nō est pauc? nisi sit subtilis · Grossus enim vapor a calido igni to iter superficiem terre existente & erumpente eleuatur · Sed subtilis eleuatur in calore superficiem terre attingente · & ille est vapor roris · & prior est pluuia · propter quod conca repleta rore citius expirat ad solem q̄ eadem vel equalis conca repleta aquis pluuie · quia reuera ros magis ē subtilis · Et dicit messellat · q̄ si testa oui repleatur rore & claudatur optime foramen · q̄ in calore fortis solis ascēdat a terra iuxta hastam positum Ideo quia humor roris magis est spiritualis · & ideo paucus · q̄a subtile seperatum a grosso est paucum · & paucus vapor presupponit humidum spirituale subtile · quod est materia roris · Et per hoc patet q̄ tam materiales q̄ formales penes essentias eorum sumptas pluuia & ros habent differentiaſ · quia ex spirituali vapore · hoc est · vapore quasi spiritualis humidi nō potest generari humor nisi calid? & humidus secūdum compationez ad pluuiam · Et ex vapore grosso quasi de profundo terre eruto non potest generari nisi frigidus & humidus humor in comparatione ad rorem · hoc autē dico dū vnū comparatur alteri · quia si absolute accipiatur tunc aqua vinceret · quia frigida est et humida · Et si dicatur · Sicut nulla nubes serenitatez signat · ita nulla pars nubis serenitatem signat Dicendum est · q̄ pars secundum quantitatem accepta serenitatem non signat sed pars accepta secūdum essentiam bene potest serenitatem signare · Sicut enī nebula signum est serenitatis · & ideo apud vulgus est prouerbium · q̄ cū nebula guttatim cadens descendit · est signum serenitatis Cum autem tota non resoluta ascendit · q̄ tunc generat nubes que pluuiam faciunt · & hoc in rei veritate verum est · Sed vulgus accipit nebulaz idē esse cum qualibet caligine frigore aeris ad terram repressa frigore noctis · et hoc nō est verum · Sed nebula est quod remanet post resolutionez vaporis · in rorem uel pluuiam · & hoc semper est subtile & signat serenum · Sed nubes siue caligo calore ad terram repressa frigore noctis uel aeris uel loci habet grossum cuz subtili · Et ideo quando resoluitē grossum & descendit per guttas remanet subtile quod signat serenū · Si aūt ascēdit vnū cuz alio tūc generat nubem · & signat pluuiam · secūdum fratrē albertum · Vide in pruina et nix · Et scias q̄ roris · & pluuie · & pruine · et grandinis · et niuis · et tonitrui · & consimilium causa efficiens est deus · Causa inq̄ prima licet non causa proxima ut patet in iob in capitulo tricesimooctauo · vbi dicitur · Nunquid ingressus es thezauros niuis · aut thezauros grandinis aspexisti · quis dedit vehementissimo imbri cursum · et viam sonantis tonitrui · Quis est pluuie pater · uel quis genuit stillas roris de cuius vtero egressa est glacies · et de celo gelu quis genuit nisi ego deus omnipotens supple · De predictis habes in suis locis

Rosa a roda greco dicitur apud nos rosa rose · q̄si roda · Vel rosa dicitur a rubeo · vnde hec rosula rosule · et hec rosella roselle · ambo diminutiua · et hoc rosarium rosarii · collectio rosarū · vel loc? vbi · rose reponūtur · colligunē vel abundāt · Itez a rosa dicitē hoc rosetum roseti · locus vbi rose crescūt · et rosaceus rosacea rosaceum · et roseus rosea roseum · vnde roseolus roseola roseolum · Roseus dicitur a colore · Rosaceus ex materia Roseum rubor facit · et ita color roseus erit · Rosacea corona

Rosata A rosa dicitur hec rosata rosate · quedam uestis quam greci feniceam vocant · nos coccinum ·

Hiac sub consulibus vsi sunt romani milites· vnde rosati antiqui vocabantur.

Rosella le.di.parua rosa.

Rosetum ti·penul·pdu··in rosa exponitur

Roseus sea.seum·in rosa exponitur·

Rosidus rosida rosidum penultima correpta in ros exponitur·

Rosim aduerbium·id est·mordaciter·a rodo rodis dicitur·

Rosorius a rodo rodis rosum·dicitur hic rosor rosoris·& hinc rosorius ria·rium·id est corrosori? vel reprehensorius·et hoc rosoriū rij·locus vbi rodi tur aliquid·

Rostrum a rodo rodis dicitur hec rostrum rostri os auium·& gracia similitudinis dicitur nauiū· Et rostrum dicitur etiam forum vbi tractabantur cau se rome·quia deuictis antonio et cleopatra augu stus de rostris nauium illorum fecit fieri sedes i fo ro causarum·vñ hoc rostrellum li·di·& cōpōit hoc prostra·i·rostra·qz m anteriori pte est·Itē a rostrū dr rostratus ta·tum·i·rostro armatus·

Rosula le·di·pua rosa·

Rota a ruo ruis dicitur hec rota rote quia ruat· vnde hec rotula rotule diminutiū·A quo hec rotel la rotelle aliud diminutiū·& hic rotulus·& hec ro tla·dr illud rotūdūqō fit ō carta circūuoluta Itē a rota dicitur roto rotas rotaui rotare, vnde uerbalia·& hoc rotabulum·id est.furca uel illud lignum cum quo ignis mouetur in fornace gratia coquēdi Et dicitur sic·quia rotat & prouit ignem furni gratia coquendi·uel stercora gratia purgandi·Et ē actiuum cum omnibus suis compositis·& cor·ro Virgilius eneidum primo· Perturbat mstar non se gnius ac rotat ensem·Item a rota dicitur rotūdus rotunda rotundum Et comparatur rotundus rotū dior rotundissimus·Vnde rotunde rotundius ro tundissime aduerbium·& hec rotunditas tatis·& rotūdulus la·lum·& rotūdo das·& est actū cum omnibus suis compositis

Rotabulum li·m rota est

Rotella le·dimi·pua rota·

Rotula m rota est

Rotundus m rotula est

Rubeo rubes rubui rubere·id est·esse uel fieri rubeum·vnde ruber rubra rubrum·id est·rubeus·& comparatur· ¶ Et nota qp mare rubrum dicitur·quia eius vnda rubeat·non ex sui natura·sed ex terra·quia omnis terra que circumstat illi rubea est·& sanguineo colore pxima· Vnde et aqua que terram illam abluit colorem trahit·Similiter et gemme ibi reperte sunt rubee sm huguitionem·De hoc etiam dixi in mare Item a ruber dicitur ruberculus rubercula ruberculum·& rubellus rubella rubellum·ambo diminutiua·id est·aliq̄culum ruber·& hoc rubellum rubelli· substantiū· genus ruberrimi vini Item a rubeo dicitur hec rubedo rubedinis·& rubeus rubea rubeum·vnde rubeolus rubecula rubeculum·id est·aliq̄culum rubeus·Item a rubeo dicitur hic rubor roboris·& rubicundus rubicūda rubicūdum·id est·similis rubēti·uel rubeus· vnde rubicūdulus rubicundula rubicundulum·id est·aliq̄culum rubeus. Item a rubeo dicitur rubesco rubescis inchoatiū·Rubeo componitur erubeo bes·i·valde rubere·vel verecūdari· vñ erubesco erubescis inchoatiū· ¶ Et nota qp rubere ideo ponitur pro verecūdari·quia rubor signum uerecundie est· Vnde boetius in libro de cōsolatōne dicit·Et cōfessus verecūdiam ruborē· ¶ Quare autem homo efficitur rubeus cuz verecūdatur·& pallidus cum timet dixi in formido formidas· Rubeo & eius composita neutra sunt· & faciūt preteritū in bui·et carēt supi·& corripiunt hanc sillabam ru· Vnde in aurora dicitur·Bos est rufa crucem passa cruore qz rubens

Rubellus la·lum·di·aliq̄culum rubeus·& hoc rubellum li·substantiū genus ruberrimi vini

Ruberculus in rubeo bes·est·

Rubeta a rubus dicitur hec rubeta rubete· rana i rubis manens. Iuuenalis Porrectura viro miscet siticēte rubetas·Sed hoc rubetum rubeti·dicit loc? vbi rubi sunt.

Rubeus in rubeo bes·est·& in rubos

Rubia a rubeo rubes·dicitur hec rubia rubie·quedam herba·quia radix eius sit rubea· Vnde et colerare lanas perhibetur·vnde rubiatus ta·tum·id est rubia tinctus

Rubicundus in rubeo bes·est

Rubigo A rodo rodis dicitur hec rubigo ginis· quasi rodigo·quia rodat·uel a rubeo·quia facit aliquid rubere·& est vitium ferri & segetum· vnde rubigineus rubiginea rubigineum·id est·de rubigīe existens·& rubiginosus rubiginosa rubiginosum· id est·rubigine plenus·vide in erugino eruginas· & in erugo·et producit hi rubigo·sed corripit girubiginis·

Rubiliana a rubeo rubes dicitur hec rubiliana rubiliane. Vitis uel vua sic dicta· quia eius materia rubet·

Rubos a rub? dicitur hec rubos indecli·quoddā opidum ex abūdantia rubor dictū·vnde rubeus· bea·beum·patria·pma pducta

Rubrica a ruber bra·brum·dicit hec rubrica ce·re gula uel filum rubro tinctum quo aliquid dirigit· & rubrica ce·ipsa tinctio·vel terra illa rubra·l' qō fit de illa tinctura·Persius· Non secus ac si oculo rubricā dirigat vno Inde rubrico cas·i·dirigere cū rubrica·& rectum facere·uel cum rubrica designare vel rubrum facere·vnde in cōstructōne tabernaculi precipit moysi facere pelles rubricatas· ¶ Et nota qp rubrica tinctura optima nascitur in ponto· vñ et pōtica dr·& pdu·penul·rubrica·

Rubus a rubeo bes·dicitur hic rubus bi·qz rubeū habeat fructum·vnde hic rubetum ti·locus vbi rubus crescit·secūdum huguitionē· Isidorus vero dicit·Rubulum latini appellāt·eo qp fruct? vel virgula eius rubeat·Hec arbor a grecis morus dr·

Ruceus cea ceum·i·sordidus·& dr a rus·

Ructo ctas·in ructus est

Ructuo ctas·in ructus exponit·

Ructus a ruo is·dr hec ructa cte·vnde hic ruct? huius ructus cum sapor cibi ad rumen reducit· & hinc ructo ctas·i·ructum facere uel emittere.& exprimere·vñ ructuo ctuas. in eode sensu · & vtrū qz cōponit·corructo as·& corructuo as· eructo ctas.& eructuo as·& sunt neutra p ructū facere in alia significatōe sunt actiua·Inuenit etiā in depōnēti gne ructor ctaris·Horatius Hec dū sublimi? versus ructat et errat·Item a ructus dr ructī actū et ructatim·et ructāter·et ructuosus sa·sum·i·ructibus plenus·& compatur·vnde ructuose sius·sime aduer·et hec ructuositas tatis·

Rudēs a rudeo des·dr hic rudēs tis·Rudētes dicunt funes quibus velū sursum trahit· et dicūtur sic ex nimio stridore quē faciūt·vñ in secunda epla

petri ca·ii·Sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos·

Rudeo a rudis dz rudeo des·i.esse uel fieri. rudes rudes deris·in rudus exponitur·

Rudesco scis·i·incipio rudere·verbū incho. ō rudeo des·Inuenit etiā p matureſcere·

Rudibilis in rudo dis·vide

Rudimētum ti·in rudis est

Rudio a rudo dis·uel a rudis dis· deriuat rudio dis·diui·ditum·cōe ad clamare oim aīalium. vnde hic ruditus tus·talis clamor· scz asini uel alterius aīalis Et componitur·erudio dis·i·instruere·quasi extra rudem uel ruditatem ponere· Quidam uero hoc componūt ab e·et rudi ·vnō hoc erudimentū ti·i·documētum·& eruditus ta· tum· & cōpat eruditus tior·simus·& cor·ru·rudio·

Rudis a rudio dis·dicitur hic et hec rudis et hoc rude·i·nouus indoctus·uel nouiter instructus·q quasi adhuc rudit·& comparat rudis rudior sim?· vnde ruditer tius·sime·aduerbium·& hec ruditas tatis·i·nouitas uel noua instructio·uel yiotatio insipientia. Inuenit etiā hec rudis dis·i·virga pteris·qua serui tacti efficiebāt liberi· Vel rudis erat ūga q dabat emeritis in signum sue emeritōis· Et sepe ponitur pro libertate Item a rudis dicit rudo rudes·& hoc rudimētum ti·i·nouū mitium· noua īstructio·sm hug·. In grecismo autem tales ponunt uersus. Virga rudis·rudis est incurius & sine laude· Et rudis quandoqz est nouum· quod sepe repertum est·

Rudista ste·qui vel que rudera de humo eijcit· Et dicitur a rudio rudis·a rudus rudi ·vel a rudis rudis·uel ruder

Ruditus ruditus penultima pducta a rudo dis· vide in rudo dis·

Rudo a rure uel ruder dz rudo dis·o in i·rudi·& di in sum·rusuz deberet facere·sed caret sup·scom vsum·& est rudere ppie clamare ad modū asinoz & habet primā breuē· Vnde ouidius· Ecce rudens rauco simul & vector asellus· Intempestiuos edidit ore sonos· Si em prima esset longa faceret preteritum m rusi· ut rodo rosi·quod nihil est·sed facit rudi Persius tn cā metrice necessitatis pdu·primā dicēs Clamat. ut achaide pecuaria rudere credas·vnde rudo dis·& rudis nom·& rudēs siue nomē siue principium corripit ut primā· Vnde quidam · Valis est rudibus plentis cura libelli A rudo dis·dicit b & hec rudibilis et hoc le·ppie asinoz vnde rudibiliter aduer·& hec rudibilitas tatis·

Rudus a rus dicitur hic rudus rudi· Rudi dicūt lapides contusi et rotūdi & calce admixti· qui ī paimentis faciendis superfundunt·& dicūtur sic· a rure·qz in terra ponūtur·& dicūtur sic a duricia ut deriuatio sumat ab vltia sillaba rudi quasi duri. qz duri sunt·vnde hic ruder uel rudus huius ruderis stercus brutoz aīalium·& corripit pel·genitī· Rudi etiā duri sunt & rotūdi·& inde dicuntur rudera stercora brutoz aīaliū ·Rudera illa ppie que ita facta sunt ut rudi·ut stercora capraz·asinoz·ouiū Rudus uel ruder etiam dz oīe illud quod eijcitur & extrahitur de terra effossa·Vnde beda in exposi tōe super pabolas·Qui thezauros effodit eiicit rudus terrestre·& etiam rume macerioz·uel ipse macerie rudera dicūtur. Vnde prudētius in li·himno rum·Auz qō satis effossa gignūt rudera· vnde b & hec rudista ste·q uel q rudera de humo eijcit·

Rufus a rubeo dicit rufus fa·fum·i·rubeus· vnō rufatus ta·tum·i·sanguine cruētatus. & cōponit cum sub·et dicit surrufus fa·fum·& pdu·ru·vnde in aurora dicit·De vitula rufa victima grata deo et scribitur p vnū f·rufus

Ruga ge·in rugo rogas est.

Rugio gis·giui·uel gij.gitum·ppie est leonū·vnde hic et hec rugibilis et hoc le. & hic rugit? gitus tui·penul·pdu·i·clamor leonis · & cōponit rugio cum in·& dz irrugio gis·gire·i.ad modū leonis clamare·Gene·xxvij·Irrugiit clamore magno ·Rugio neutr est cū omibus suis cōpositis·& pdu·ru

Rugitus tus·tui·in rugio vide·

Rugo gas·gaui·gare·i·rugas uel rogosum facē aliquid in vnū colligere & plicare· vnde hec ruga ge·collectio uel plicatio cuiuslibet rei ī vnū·& hic rugula le·di·& rugosus sa·sum·i·rugis plenus·& compatur·vnde rugose sius·sime·aduer·& hec rugositas tatis·Rugo componit arrugo gas·i·ualō vel iuxta rugare·abrugo gas·i·rugas remouere & planare. corrugo gas.i·simul rugare·derugo rugas erugo gas·idem quod abrugare uel valde vel deor sum uel extra rugare·irrugo gas·i·intus uel valde rugare·surrugo gas.i·subtus uel post uel parū rugare Rugo & ei? cōposita sunt a ctiua·& pducit hanc sillabam ru·virgilius eneidū. xij· Component cū iam leges & federa rugēt·

Rugula le·dimi·pua ruga

Ruima a ruo ruis dz hec ruima ne·& hic ruinosus sa·sum·i·ruina plenus·& compatur

Ruitum supinum de ruo ruis·

Ruiturus ra.rum.in ruo ruis est

Ruma rume est eminēs pars gutturis·de hoc vid in rumen· Item ruma·id est·mamma vel papilla·de hoc vide in rumes

Rumē a ruo ruis dicit hec ruma me·& hoc rumē minis·eminēs pars gutturis pxima gurgulioni q cib? et pot? deuorat·et ibi sapor cibi discernit Eadem dicat frumē & ructa·Sed frumen uel ructa in homine Ruma uel rumen in bestijs· vnde rumīare dicūt aīalia·& ructare homies·& dicit sic a ruo is quia inde cibus ruat et demittatur in stomachum. vide in frumen·

Rumes a rumino vel rumē dicit rumes mis·vl ruma rume.i·māma vel papilla q rumīat a puer·& inde hec ruminalis lis·id est·ficus·quia sub ipsa remum et romulum lupa aluit· vel quia sepe ruminatur ppter fructum·

Rumifico cas pel·cor·i·rumores facere·afferre·vl dicere rumorē·a rumore & facio cis·

Rumigero rās·pennl·corre·i·rumores gerere·ex rumor et gero ris·componit· vnde rumigerulus la·lum·qui rumores gerit

Rumigerul? la·lum·gerēs rumores. & corri·pel· & dicitur a remigero geris·

Ruminalis in rumes est

Rumino a rumes dicit rumino nas.id est· cibum ad rumē reuocare Sed a ruma dicitur rumo rumas vnde rumito tas·frequen· & ponitur quādoqz ruminare vel rumare p diligēter examīare·

Rumo a rumor rumoris dicit rumo mas·i·rumore facere vel afferre·& componit arrumo mas·id est rumores afferre·corrumo mas·id est. simul rumores dicere·& ab istis frequentatiua rumito tas· arrumito tas·corrumito tas·

Rumor a ruo ruis·dicitur hic rumor moris·i·murmur· vel qō vulgo dz nouū·qz celeriter ruat· vnō hic rumorcul? li.& rumurcul? li·ambo diminutiua

Rumpo pis·pi·ruptum·rũpere·i·frãgere uel sol uere· vnd hec ruptura re·& ruptim aduer·Itẽ a rũ po dicit rupto ptas·fre·A quo ruptito tas· aliud fre·Rumpo cõponitur abrũpo pis·i· rũpendo se: parare·cozrũpo pis·i·simul rumpere. dirũpo pis· erũpo pis·i. valde uel extra rũpere·et ponit̃ p exi: re·interrũpo pis·i·diuidere· separare· irrũpo pis· id est·violẽter & rumpẽdo intrare· prumpo pis·p rumpo pis·Rũpo & eius opposita sunt actiua·& fa ciũt pteritũ in rupi·& supn̄·in ruptũ

Rumurcul? et rumozcul? in rumor expõitur·

Runcina ponit̃ p q̃dam dea·Itẽ rũcina ne·est qd̃ dam instrumẽtũ lignarij gracile & recuruũ·quo ca: uantur tabule domus·vt vna alteri cõnectat̃· De quo esa ·xliij·Artifex lignarius extẽdit nozmã·foz mauit illud in rũcina·& ut q̃dam dicũt pou· penl qz 6m eos deriuat̃ a rũco cas·qz runcina aufert & auellit interioza ligni cauãdo ipsum·Vel 6z rũcina a runcone·qz curua est ad modũ rũconis·Vnd̃ ale xander nequã dicit·Runcinã rũco lectoz generaze memẽto. Item alius versificatoz·Vtilis est rũcina fabzo sed rũcina nulli·qz nihil signat 6m istos dum penultĩa coz·Item alius dicit·Runco rũcinaz parit vt medeoz medicinã Priss·aũt dicit in iiii·li· de nẽis in a desinentibus·Denominatiua siue verbalia in a desinẽtia oñia lõgam habẽt penul·vel natura vel positione· vt officiũ officina·medicus medicina·ut dixi in secũda pte vbi egi de accentu medie sillabe nommũ que terminanť i a. Alij dicũt q rũcina coz ripit penl·p mstrumẽto fabzili·& est p̃mitiñ· Vñ quidaz versificatoz·Nil rũcina fabzo cõfert·sed rũ cina mulcũ·Item ut dicit aug?·in iiij·li·de ciuitate dei·Runcinã dixerunt antiqui deã illam que p̃sidet segetibus cum rũcantur·i·a terra auferũtur·Nam rũco cas dicitur herbas a terra euellere·et tũc pzo ducit penul·sine opinione Item inuenit̃ rũcina pzo quodam animali·& itez pzodu·tũc penul·

Runco a rus dicitur rũco cas·i·herbas a terra e: uellere·Nam terra rus dicitur·vnde hic rũco conis qui herbas euellit·uel instrumẽtum quo herbe euel luntur·& vepzes secãtur·Runco cas·est actiñ cuz omnibus suis cõpositis

Ruo ruis rui rutum uel ruitũ·i·cadere·vnde rui: turus ra·rum·Vnde hieronim? in epistola ad pau linum ca·vij·Ruiturã domũ zc̃·Ruo componit̃ coz ruo ruis·i·simul ruere·diruo is·i·destruere·ezuo is id est·euertere·irruo is·i·in aliquam ptem ruere·& ip̄m impetere ·pruo ruis·i·procul ruere·obruo is· id est·sternere·surruo ruis·i· substernere· Ruo & eius composita neutra sunt· Preter·diruo·eruo·ob ruo·surzuo·que sũt actiua·& omia faciũt pteritũ in rui·& supinũ in ruitum· vnde ruituruſ·uel in ru tuz·& coz·hanc sillabam ru i·pteriti mutato in tũ· vt rui rutum·sicut et acui acutum·sicut vult priſ· & hug· Tñ nota q̃ secũdum modernoz vsum·ruo facit ruitũ·vñ ruitur? sed in cõpositõe amittit i· in supino·ut obzutum·erutum·dirutum·penul· coz· Rutum eciã inuenit̃·imo recte formatur a preteri: to i·mutata in eum·vt dixi

Rupecula le·di·pua rupes

Rupes a rumpo rumpis dicitur hec rupes rupis· id est·rupta pars montis·quia ibi sit ruptura. Vel per contrarium dicitur a rumpo·quia nõ facile rũ pitur·et producit ru·

Ruricola le·cõis gn̄is penul·coz·i·colẽs rus·& cõ ponitur a rus ruris·et colo uel colẽs

Rurigna ne·penultĩa coz·i· rure·i·in villa natus & ẽ cõis gn̄is·et cõponit̃ ex rus et gigno·

Rus a ruo ruis dicitur hoc rus ruris·i·villa terra ager Siz ruza ꝓprie ĩculti agri ut silue·& pascua·q̃si rudia·Ager vero qui colitur·vnde hoc ruscul̃ li· dimi·paruum rus

Ruscul̃um li·di·puum rus·& format̃ a rus addita culum & coz·pe·vide etiam in ruscus·

Ruscus a rus dicitur hic ruscus sci·quoddam spi· nosum genus fruticis·vnde hic ruscul̃us li·di·Et hinc ruscum uel ruscul̃um dicitur quod colligitur & cõgregatur immũdum in terra uel ad dãduz pul lis uel igni. uel dicitur a rus·vnd̃ ruscosus sa·sum· spinosus·immũdus·rusco plenus.

Ruspor arisatus sum·i·inquirere·et est gallinaz que pedibus escam querũt in terra· & videtur cõ poni a rus et pes

Rusticanus in rusticus est·

Rusticatio rusticationis in rusticus est

Usticus a rus dicitur hic rusticus hec rustica· & rusticus ca·cum·adiectiue & potest dici a loco· sez operari? ruris quia in rure morat̃ et colit rus Ite rum autem dicitur rusticus quasi ruris custos. uel rus colẽs ethia est· uel rusticus dicitur ĩordinatus & deformis in moribus Et secũdum hoc compatuz rusticioz simus. vnde rustice cius·sime· aduerbium & hec rusticitas tatis·& hec rusticario onis·sed ru sticitas est moz·rusticatio uero operis Vnde rusti catio dicitur opus uel opera rustici ut cultura terze quasi rustici actio·& est ethia Vnd̃ ecclesiastici vij Nõ oderis laboriosa opera & rusticationem ab al tissimo creatam·i·homini impositã in penã p̃mi pec cati Item a rusticus dicitur rusticanus na·num. pe nulcima corre·i. rusticus vel rusticanus paterfami lias In grecismo ponuntur isti uersus Rustic? a ru re quoniam rus est sibi cure· Villicus a villa quia res disponit in illa

Ruta dicta .quia sit feruẽtissima·hãc venenis re pugnare mustele docẽt·que dum cuz serpẽte dimi cauerint cibo eius armãtur·ut dicit isidorus·in xii· ethiarum in fine·& est calida et sicca in tercio gra du·vnde dicit macer A medicis rute vis calida 6z esse Siccaqz·ferẽ in his gradus ille tercius esse

Rutellius ·id est·fornicatoz

Rutenus teni·quidã populus & ut dicũt flãdren sis a rubeo coloze·& producit re

Ruth interpretat̃ festinãs· alienigina eñ erat scz ex populo gẽtili·quia relicta patzia festinauit tran sire in terzam israel dicẽs socrui sue quocũq; perre xeris pgam·vide in ꝓpheta

Rutilus a rubeus rubea rubeum deriuatur rutil? rutila rutilum splẽdidus·uel crispus·uel tremulus vnde rutilo rutilas·id est·splendere·& rutili dicti sunt quidam populi apulie·a rutilo colore. vnde hec rutilia rutilie terza eorum·vel rutilia a rutilo re ge·vnde rutilus la·lum·gentile·& coz·ti

Rutrũ fossoziũ uel curuũ illd̃ vnde arene mouent̃ vbi sal efficitur·

Rutum rutu supinum de ruo ruis cozri· primã vnde dirutum· obzutum·irrutum·corripiunt ru

Saba sabani iterp̃tatur venerari. Vñ saba dicta ẽ quedam regio ꝓpter copiã thuris quo deum ibi veneranẽ. Vñ sabei bea. beum. vel saba fuit filius chus. a quo sabei descẽderũt vnde saba dicta ẽ. & sabei hi sunt et arabes. Sabei autẽ interp̃tant captiui. vel q̃si demones.

abanum ni. penultima correpta grecum est idẽ quod mappa vel facitergium.

Sabbatismꝰ mi. in sabbatũ est.

Sabbatũ. A sabbe qđ est septẽ scõm hebreos. vel a sabba. quod lingua sirozuz dicitur septẽ. dicit̃ hoc sabbatum ti. septima dies septimane. et ipsa septimana dicit̃ q̃nq; sabbatũ. Vnde in luca. viij. cap̃. Ieiuno bis in sabbato. i. in septimana. scz quarta & sexta feria. vel sabbatuz mtei p̃tant̃ requies. Vñ sabbatizo zas. requiescere vel sabbatuz obseruare. Vñ hic sabbatismꝰ mi. i. requies. Et scõm hoc sabbatũ dicit̃ ꝓprie septimꝰ dies septimane. qz tunc actor oim requiunt ab omni ope quod patrarat. genñ. ij. Et p synodichen sabbatum dicit̃ ipa septimana vt dixi. Sabbatũ etiã inuenit̃ p quolibet die septimane cũ tali adiuncto. prima sabbati. secunda sabbati ꝛc̃. sed septimus dies simpliciter dicit̃ sabbatũ. vel sabbatuz sabbatorum p excellentiã. Vnde in euangelio legit̃. Vespere aũt sabbati q̃ lucescit in ꝑma sabbati. et est sensus. ꝑma sabbati. id est. prima dies septimane. vel prima dies que est sabbatum. vel prima dies a sabbato. vel post sabbatum. Secundum ergo hebreos nominandi sunt dies sic prima dies sabbati ꝛc̃. sed septima dies simpliciter dicit̃ sabbatum. vel sabbatum sabbatorum per excellentiam. Secundũ vero consuetudinẽ christianoꝝ sic nominãdi sunt dies. dies dñicus vel dominica. vl̃ prima feria. secũda feria. tercia feria. q̃rta feria. quinta feria. sexta feria. septima feria. Dies dominicus dicꝰ est. qz tali die dñs noster resurrexit. Quare aũt quelibet dies dicit̃ feria. & quid sit feria ꝑma vel secũda. & sic de ceteris dixi in feria. Secũdũ vero gentiles noiandi sunt dies a noibus planetaruz & quilibet dies ab illo planeta ẽ noiandꝰ qui ꝑest prime hore illi. dici. vt dies solis. vel dies domini cus. dies lune. dies martis. dies mercurij. dies iouis. dies veneris. dies saturni. Sũt vero. xxiiij. hore in die naturali. & planete sunt septẽ et ꝑsunt ill' xxiiij. horis. & quilibet eres de illis habet in sua potestate hoc ordine. Primus habet primã horã. secũdus secundã & sic vsq; ad septimã inclusiue. postea iterũ primꝰ habet octauã. secũdꝰ nonã. & sic vsq; ad. xiiij. horã. postea itez primus habet. xv. secundus. xvj. & sic vsq; ad. xxj. Tres ergo hore q̃ sup sunt ita distribuent̃. Ille planeta qui ꝑmaz habuit horã in die illa habebit primã horã de illis tribus. secundꝰ secundã. tercius tercã. & sic finit̃ ẽ dies Quartus ergo planeta qui sequit̃ habebit primaz horã sequentis diei. & ita ille dies denoiabitur ab eo. Exẽpli grã. ponatur qđ iste dies hodiernus sit dies sabbati & habeaẽ ordo planetaruz diligenter qui talis est. habito principio a supiori. saturnus. iupiter. mars. sol. venus. mercurius. luna. postea itez saturnꝰ ꝛc̃. Saturnꝰ hodie habet primã horaz iupiter secundã. mars terciã. sol quartã. venꝰ quintam. mercuriꝰ sextã. luna septimã. Itẽ saturnꝰ. viij iupiter. ix. mars. x. sol. xj. venus. xij. mercuriꝰ. xiij. luna. xiiij. Itẽ saturnus. xv. iupiter. xvj. mars. xvij sol. xviij. venꝰ. xix. mercurius. xx. luna. xxj. Item saturnus. xxij. iupiter. xxiij. mars. xxiiij. s. vltimaz Sol ergo qui sequit̃ habebit primã horã sequenti die. vnde & ille dies dicit̃ dies solis. vel dies dominicus vel domica. qz sol oim planetaruz mediator est. & oibus dominat̃. sic ergo cõputã do singulos dies a singulis planetis qui primas in eis habẽt horas denoiatas inuenies. Et scribitur p geminũ b. sabbatũ. sabburza. abba. gibbus. secunꝺ ꝑs. in secꝺo maiozis Et scias. qꝺ sabbatũ interp̃tatur quies. et potest dici festũ domini. quia cum alia festa instituta et noiata sint ab aliquo euentu vel opere coz. hoc dicitur sabbatũ. qz dominꝰ deuit in eo. & inde forte est. qꝺ in duobus ẽ priuilegiatum. qz in eo nec licebat cibũ parare. nec vltra mille passus ire. Vnde dicit̃ matb. xxiij. Orate autez vt non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. q̃si aptius dicat. Orate ne necessitas tali tpe vos fugere cõpellat. hyeme ꝓpter intemperiẽ tempis. vel sabbato ꝓpter trangressionẽ legis. qz videlicet in sabbato non licebat vltra vnũ miliare ire. Et hoc innuit̃ in pmo capitulo actuum vbi dicit̃. Tunc reuersi sunt hierusolimã a mõte qui vocat̃ oliueti qui ẽ iuxta hierusalẽ sabbati iter habens.

Sabburza re arena litoris. vel lapis. vel multitudo lapidũ vel inutilis sarcina nauis que solet esse de lapidibus & arena. & geminat̃ ibi b. & r. vnde ꝑma ꝓducit̃ positõne. sz quãdoq; in metro subtrahitur vnũ b. et corripit primam causa metri. vnde virgiliꝰ in geoz. vt tũbe instabiles fluctu iactãte saburrã. Tollunt ꝛc̃

Sabbelliani quidã heretici vocati sũt a sabbellio hi vnã psonã patris & filij & spũssancti asserunt & astruunt.

Saber bra brũ. in sabulum vide.

Sabulum. arena vel terra leuis & arenosa. vnde saber sabra. sabruz. asper vel nodosus. & corripit bu sabulum.

Sabeus bea beũ. i saba exponit̃. & accentuat̃ be.

Saccellus li. dimi. puꝰ saccus.

Sacco saccas. in saccus est.

Sacculus li dimi. puus saccus.

Saccus a sagũ dicit̃ hic saccus sacci. qꝺ eo consuto efficiat̃ quasi sagũ. vnde saccatuz ti. i. liquor aq̃ feci vini admixtus & sacco exp̃ssus. vnde et sic dicitur. Et sacco saccas. i. in saccũ mittere & p saccũ colare & exprimere. & cõponit̃ insacco cas. in saccũ mittere vel cõsũmare. exacco cas. desacco cas. extra saccũ ponere. & ẽ actiuũ cũ suis cõpositis.

Sacellũ puũ templum. vide in sacrum.

Sors tis·gn̄is fe·i·ps vel euētus·vel fortuna·vel reſponſū·vel oraculū·vel ars·vel inſtrumentū diuinādi·& dicit̄ ſors reſponſū vel oraculū·qr̄ i quibuſdā locis dabanē r̄ſpōſa p ſortes·dicit̄ etiā ſors capitale·Vñ quidā·Sors notat euentū ſignat quoq; ſors capitale· ¶Hic nota q̄ ſicut dicit aug⁹·ſuper illud pſalmi·In manib⁹ tuis ſortes mee· Sors nō eſt aliq̄d mali·ſz res i humana dubitatōne diuinam indicās voluntatē Ex hoc oriē q̄ſtio·an ſit vtē dū ſortib⁹· Ad cui⁹ rei euidētiaz nota q̄ ſortes ſecundū theologū ꝓprie dicunē cū aliq̄d fit·vt eius euētu ꝑsiderato aliq̄d occultū innoteſcat·Et ſi qui dē querat̄ indicio ſortiū q̄d cui ſit exhibendū·ſiue illud ſit res poſſeſſa·ſiue ſit honor·ſiue dignitas·ſeu pena·aut actio aliq̄·vocat̄ ſors diuiſoria·Si autē querat̄ q̄d agere oporteat vocat̄ ſors conſultoria Si aūt querat̄ quid ſit futurū·vocat̄ ſors diuinatoria Act⁹ aūt hoīm q̄ querunē ad ſortes nō ſubduntur diſpoſitōi ſtellaꝝ·nec etiā euent⁹ ipaꝝ·Vñ ſi quis ea intentōe ſortib⁹ vtat̄ q̄ſi hmōi actus humani q̄ r̄quirunē ad ſortes ꝑm diſpoſitōez ſtellaꝝ ſortianē effectū·vana & falſa ē opinio & p conſequēs nō carens demonū ſuggeſtione· ex quo talis diuinatio erit ſuꝑſticioſa & illicita·Hac aūt cauſa remota·neceſſe ē q̄ ſortialiū actuū expectet̄ euent⁹·vl' ex fortuna·vel ex aliq̄ cauſa ſpeciali dirigēte·Et ſi q̄doz ex fortuna q̄d locū habere p̄t ſolū i diuiſoria ſorte nō videnē habere niſi vitiū vanitatis·ſic ſi aliq̄ nō valētes aliq̄d ꝑcorditer diuidere velint ſortib⁹ ad diuiſionē vti·q̄ſi fortune exponētes quā q̄s ptē accipiat·Si vo ex ſpeciali cauſa expectet̄ ſortiū indiciū·q̄nq; quidē expectat̄ ex demonibus·ſic legit̄ Ezech·xxj·q̄ rex babilonis ſtetit i biuio in capite duaꝝ viaꝝ diuinationē querēs·cōmiſcens ſagittas interrogauit ydola·exta conſuluit·& tales ſortes ſunt illicite·& ꝑm canones ꝓhibent̄·Q̄nq; vo expectatur a deo ꝑm illud ꝓuerbioꝝ·xvj·Sortes mittunē in ſinū·ſz a dño tpanē·& talis ſors ꝑm ſe non ē mala·vt dicit aug⁹· Poteſt tn̄ in hoc q̄druplex peccatū incidere·Primo quidē·ſi abſq; mlta neceſſitate ad ſortes recurrat̄·hoc em̄ videt̄ ad dei temptatōz ptinere·Vñ ambroſius dicit ſup lucā·Q̄d ſorte eligit̄ hūano iudicio cōꝓhendit̄·Scōo ſi q̄s etiā im neceſſitate abſq; r̄uerētia ſortib⁹ vtat̄·Vñ ſup act⁹ apl'oꝝ dicit beda·Si q̄ neceſſitate aliq̄ cōpulſi·deū putāt ſortib⁹ exēplo apl'oꝝ eſſe conſulendū videant hoc ipſos apl'os nō niſi collecto fratrū cetu·& p̄cibus ad deū fuſis egiſſe·Tercio ſi diuina oracula ad terrena negocia conuertanē·Vñ aug⁹ dicit ad inq̄ſitiones ianuarij· Hijs q̄ de paginis euāgelicis ſortes legūt·& ſi optandū ſit·ut ita poti⁹ faciēt q̄ ad demonia conſulēda ꝯcurrāt·tn̄ michi iſta diſplicz cōſuetudo ad negotia ſecularia·ad vite hmōi vanitatē diuina oracula velle q̄rere·Quarto ſi in electionib⁹ eccleſiaſticis q̄ ex ſpūſſācti inſpiratōe fieri debent aliq̄ ſortib⁹ vtanē. Vñ dicit beda ſup actus apl'oꝝ·Mathias ante penthecoſten ordinat⁹ ſorte queriē·qr̄ ſcz nōdū erat plenitudo ſpūſſancti i eccleſia effuſa·Septē aūt dyaconi poſtea nō ſorte·ſz electōe diſcipuloꝝ ſūt ordinati·Sec⁹ aūt eſt in tēporalib⁹ digitatib⁹ q̄ ad terrena diſponēda ordinātur·In quaꝝ electōe plerūq; hoīes ſortib⁹ vtunē ſicut & i tpaliū rerꝝ diuiſione·Si vo neceſſitas immineat·licitū eſt cū debita reuerētia ſortibus diuinū indiciū implorare· Vñ aug⁹ dicit i epiſtola ad honoratū· Si inter dei miſtros ſit diſceptatio qui eoꝝ ꝑſecutōis tpe maneāt ne fuga oīm & q̄ eoꝝ fugiāt ne·ſ·morte oīm deſeratē eccl'ia· ſi hec diſceptatio aliter nō potuerit terminari quantū michi videtur q̄ maneāt & q̄ fugiāt·ſorte elegēdi ſūt·Et in ꝑmo ō doctrina xp̄iana dicit·Si tibi abūdaret aliq̄d q̄ oporteret dari ei q̄ non haberz·nec duob⁹ dari potuiſſet· Si tibi occurrēt duo quoꝝ neuter aliuz vel indigētia·vel erga te aliq̄ neceſſitate ſuparet· Nichil iuſti⁹ faceres q̄ vt ſorte legeres cui dādū eſſet q̄ dare vtriq; nō potuiſſes· Itē ſcias q̄ non ꝺdemnanē ruſtici q̄ ſeruāt tpa ad ſeminādū· & arbores incidēdas & ſil'ia·q̄ certā & naēalez hūt rationē āre ita debeāt fieri·Idem dico de phiſicis circa medicinas dandas & minutōes faciēdas·& ſil'ia ō quib⁹ certa & maiſeſta rō reddi pōt ꝑm phiſicam

Sortialis·a sors dicit̄ b & hec ſortialis et hoc le ad ſortē ptinens·

Sorticula le·dimi·pua ſors·

Sortileg⁹ ga gū·penl'·corr̄·a ſorte & lego cōponiē·qr̄ futura legit·i·colligit p ſortes·Vñ hoc ſortilegiū legij·talis diuinatio·

Sortior·a sors ōr sortior tiris·ſortie⁹ ſū·i·p ſortes diuinare· vel tribuere·& ſbministrare. vl' diuidere. & adipiſci·Et cōponiē·¶Conſortior tiris·Reſortior tiris. Et eſt deponētale cū ſuis cōpoſitis·

Sortito adūbi·i·p ſortes·penl'·ꝑdu·Ezech·xl v· Cūq; ceperitis terrā diuidē ſortito·ſepate ꝑmicias

Sortiuid⁹ da dū·penul·corr̄·q̄ videt ¶Dño· p ſortes·a sors & video des cōponiē·

Soſpes·ſpes cōponiē cū ſe·& ōr ſoſpes tis·q̄ſi ſecū habēs ſpem·ſ·ſan⁹·ſalu⁹· incolūis·ſuperſtes Vnde verſ⁹· Incolumis ſoſpes·ſan⁹·ſaluuſq;·ſuperſtes· Vnde hec ſoſpitas tatis·Et ſoſpito tas·i·ſanare·exhilarare·vel bona ſpe afficere· vel bona ſpe nō fallere·Et eſt actiz·In eodē ſēſu inueniē ſoſpio pis·Et ōr ſoſpes q̄ſi ſalutis hoſpes·& eſt etēia·& inueniē i neutro gn̄e·Vñ iuuenalis·Depoſitū tibi ſoſpes erit· Tamē declinatōe eſt tn̄ cōis ge·tā in ſingulari q̄ in pl'ali· Sz hec ſoſpita te·in ſingulari ē femī gn̄is·in plurali vo neutri gn̄is·habēs tn̄ nominatiū actū & vētū·& ſic eſt etheroclitū·vt pl'z hec ſoſpita·Accuſatio hec ſoſpita· Vtō o ſoſpita Idē dicas de hoſpes & hoſpita.

Soſpis.im ſoſpes vide.

Soſpito tas·in ſoſpes exponiē·

Soſtratus ti·penul·corr̄· Vnde iuuenalis li·mj· Plaudēte & madidis q̄ cantat ſoſtrat⁹ alis·Et mathabeoꝝ libro ſcōo·ca°·quarto dicit̄· Soſtrat⁹ ātē ꝓlatus eſt ciꝑis·

Soter·grecū nomē eſt dei· & interpretat̄ ſaluator vel ſalutaris·

Sotularis·a ſolea ōr·Inde p apocopā ſotulas laris·neutri gn̄is & corr̄·penul·nti ſicut ſpecular· Vnde in doctrinali ōr·Hijs ſotular ſocias ſpec'ar breuiabit origo·Magiſter tamē bene dicit·q̄ ſotular vel ſotularis nihil ē·imo dicēdū eſt ſbtelaris·

Spacior·Spaciū cij·diſtantia vl' mēuallū vel intercapedo· Vnde hoc ſpaciolū lidimi·Et ſpacioſus ſa ſū·Et comparatur Vnde hec ſpacioſitas tatis·Itē a ſpaciū ōr ſpacior

aris·atū·ſpaciari·i·ire vel deambulare·huc & illuc ire cauſa recreandi·Et cōponiē·Conſpacior aris· Circūſpacior aris Deſpacior aris·i·decorſū vel vade vel ō vno loco ad alium ſpaciari·vel a ſpaciari ceſſare· Expacior aris·i·extra ſpaciari & euagari· Spacior deponē·ē cū ſuis cōpoſitis.

Spaciū cij·in ſpacior vide·

Spadix dicis ſe·gnis·Et hec ſpadica ce·i·palma Vñ h & hec ſpadix·i·ſbrube?·fulu?·ſ.·colore palme·Vñ & ſpadices dicunē equi palmati·i·eq̄ fului & rubicūdi colorīs ſic̄ palma·vel q̄ palme figurā in cruribus habent.

Spado·a ſpadix ōr hic ſpado donis·eunucus·caſtrat?·Vñ & ſpadones dicunē ſurculi vitiū fruge carētes dicti ſic·q: ſint ſteriles·vel vt quidā dicūt ſpado ōr a ſpata·i·gladio cū quo caſtrabanē·

Sparciata te·cēīs ge·eſt·& ꝓdu penultimaz·vide in ſpartū·

Spargena ne·fe·ge·i·inſātia·& ōr a ſpargo gis·

Spargo gis·ſparſi ſū·i·diffūdere·diſſipare·vel reſpgere·diſtanter opire·ſiue pfūdere·Vnde ſparſim adū·Et cōponiē ſpargo cū ad·& ſubtracta o dicit aſpgo gis·i·diſtāter opire pfūdere·Vñ aſperſim adūbi·Cōſpergo gis·qō & oſpargo gis·mueī tur·Circūſpergo gis·Diſpergo gis·Inſpergo gis Reſpgo gis·ꝓprie eſt diſtant opire·& pfundere· Vñ aq̄ reſpſus ōr q̄ diſtantib?·aq̄ guttis eptus & pfuſus eſt·Spargo & ei? cōpoſita ſūt actiua·& face ūt ꝓteritū in ſi·& ſup̄·in ſū·Et oīa apoſita a ſpargo mutāt vbiq; a ſimplicis in e·q̄uis q̄nq; ī q̄buſdā cōpoſitis inueniaē a·retēta·ſz potius vitio ſcri ptoz videē ꝓtingere·

Sparſoriū·a ſpargo gis ōr hec ſparſoriū ſoriſ·id cū quo aliq̄o ſpargiē·

Sparſ? A ſpargo gis·ōr ſparſ? ſa ſū·pticipiū·et nomē pōt eſſe·Itez a ſpargo ſparſu·ōr ſparſo ſas· freq̄n·A q° ſparſito tas·aliud frequētatim·

Spartan? na nū·in ſpartū vide·& ꝓdu·ta·

Spartū·A ſpargo gis·ōr hoc ſpartū ti·gen? veſtimēti·vel ſparte ciuitas ē licaonie·Et eſt eadē ciuitas ſparta vel ſparte·& lacedemonia·vnde lacedemonij dicunē ſpartani.& dicit ſparta a ſparto filio ſozonei·Vnde ſpartanus·na nū·& hoc ſpartū gen? veſtis·qō ibi factū ꝑmum fuit·Et inde h & hec ſpartiata te·patriū·ab illa ciuitate·vel ab alia vt dicūt·& videē q ꝓducat a·ſiue penl·cū ſit derīuatiū·Itē ſpartū mueniē ꝑ frutice·

Spar?·a ſpargo gis·dicit hic ſpar? ri·telū ruſticū miſſile·q: ſpargaē·i·mittaē·Vñ & quidā piſcis dicit ſpar?.q: eiuſdē figure ſit·

Spaſmoſ? ſa ſū·in ſpaſm? exponiē·

Spaſm? grece·latine ōr ſubita ꝓtractio ptiū·aut neruoz cū dolore quā paſſionē a corde dictā dixerūt·q: in nobis pncipatū vigoris habet·Vñ ſpaſmoſus ſa ſū·talē infirmitatē patiēs·

Spata·a ſpaciū dicit hec ſpata te·gladi?·q: ſit ſpacioſa ampla & lata·& dicit a patm qō eſt paſſio· Vnde ſpatari? ria riū·& hic ſpatari? rij·qui facit ſpatas vel vēdit·Itē a ſpata ōr ſpatatus ta tū·ſpatā habens·vel ſpata armat?·& ē ſpata fe·gnis·

Spatula le·a ſpata dicit hec ſpatula le·di·penl·cor·Et ſpatula arm? dicit·& ꝓprie in pecoribus· q: lata ſit·& ſpatule rami vel fol·a vel fruct? palmaz antecq̄ apianē ad ſimilitudinē ſpate dicūē·Leuitici·xxmj·Spatulas palmaz·Itē ſpatule grece latine delicie dicunē·Et a ſpatula dicit ſpatuloſ? ſa ſū·& ſpatulat? ta tū·q magnas & diffuſas habet ſpatulas·vel delicioſus ſiue delicat?·Et vtrunq; cōparaē·Itē a ſpatula dicit ſpatuloz laris·i·delicioz aris·vel in ſpatula diumare·Et cōponiē cum ex & dicit expatuloz laris·

Specialis·in ſpecies exponiē·

Species·a ſpecio cis·dicit hec ſpecies ſpeciei·i· pulcritudo·vel forma ſm qō dicit·Species p̄ami digna eſt impio·Itē ſpēs ꝓprie forma dicit·& ꝓ pria q̄litas q̄ cognoſcit ex ouentu accidentiū·& diſpoſitōe priū·Itē dicit ſpecies rez maneries ſm qō dicit·Hui? ſpēi·i·hui? maneriei herba eſt in orto meo·Itē ſpēs dicit ſubſtātia vel eſſētia·Vñ in quā dā collecta Cōcede q̄ſum? vt q̄ iā te ex fide cognouim?·vſq; ad otemplandā ſpēm tue celſitudīs perducamur·Itē ſpēs dicit qōdā p̄dicabile ī dyaletica Et diffinit sic·Species eſt qō p̄dicaē ō plurib? differentib? numero i eo qō qō·Itē ſpēs dicit accidēs rtiūoz ationis in grāmatica.& deſcribit ſic maxie ſm q; noīs eſt accidēs·Spēs eſt originalis diſpoſitio dictōis p quā fit p̄mitiui & derīuatiui diſcretō De hoc multa vtilia habes in tercia ꝑte in capitlo de ſpēbus noīm·Dicit etiā ſpēs occaſio vel cauſa· Vnde h & hec ſpecialis & hoc le·ad ſpēm ptinēs· vel ſpēm deſignās·& ſingl'aris·ꝓpri?·vnic?·Et cōparaē·Vñ hec ſpecialitas tatis·& ſpāliter adūbiū id eſt·p ſpēs·Itē a ſpēs ōr ſpecioſus ſa ſū·i·formoſus·pulcer·Et compaē·vnde hec ſpecioſitas tatis

Specifico·ſpēs cōponiē cū facio·& dicit ſpecifico cas·i·ſegregare·diuidē·ſepare·deſignare·vl' ſpeciē facere·vnde ſpecific? ca cū·i·ſpecialis, diuiſus vel faciēs ſpeciem·

Specimen·a ſpecio dicit hoc ſpecimen mīs·i·pulcritudo.vel ſimilitudo·imago·ſignū·noticia·experimentū·& corr'·pnl'·tā in nō q; in gō·

Specio cis·ſpexi ſpectū·i·conſiderare·Sz nō eſt in vſu·& nunq; dicendū eſt ſpicio·ſz ſpecio qō ꝓbaē p derīuata·ſ.·ſpēs·ſpecimen·ſpeculū ꝛc̄·ſicut vult bug·Priſc̄·etiā dicit in ārto libro·A specio cis·vl' a ſpecie ſpecimen·Specio cōponiē·Aſpicio cis·Reſpicio cis·Conſpicio cis·Circūſpicio cis·Deſpicio cis·Diſpicio cis·Inſpicio is·Proſpicio cis·Perſpicio cis·Itē ſpecio cōponiē cū ſuſū·vel ſurſū·& ōr ſuſpicio cis· Specio & ei? cōpoſita in o·oīa ſunt actiua & faciūt ꝓteritū in xi·& ſup̄·in ctū·Item oīa ab eo cōpoſita in p̄ſenti mutāt e·ſimplicis in i & corr'·hāc ſillabā ſpi·Quidi? epiſtolaz·Deſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas·i·literas·Priſc̄·in v·li·vbi agit de figura dicit·Specio ſimplex nō eſt in vſu·vnde cōponiē·Inſpicio·Suſpicio· Specto etiā verbū ārſi a verbo ſpecio natū eſt frequētatim

Et ſcias q; videm? natura·Aſpicim? volūtate Intuemur cura·Aſpicim? ante nos·Reſpicim? retro·Suſpicim? ſurſū·Deſpicim? deorſū·Inſpicī? introrſū·Cōſpicim? circūquaq;·Proſpicim? lōge

Speciūcula le·dimi·pua species·

Specto·a ſpecio cis·ſpexi·ctū·dicit ſpecto tas frequētatim·vnde hoc ſpectamē minis·& hoc ſpectaculū li·p eodē·Et h & hec ſpectabilis li·& hō le·vnde ſpectabiliter adūbi·

Specula·a ſpecio cis·dicit hec ſpecula le·alt? locus aptus ad circūſpiciendū·vnde ſpeculoz laris· id eſt·videre·inſpicere·mueſtigare·explorare·de alto inſpicere·vnde hoc ſpecular·vel hoc ſpeculaē ris·loc? altus·vnde quis ſpeculari pōt·vnde & feneſtre et vehicula de quib? ſpeculamur ſpecularia dicunē·vnde Aug? in quodā ſmone·Solis radius penetrat ſpecular·nec cū ingrediē violat·nec cum

egredie dissipat · qz & in ingressu & egressu eius specular integz pleueraț · & cozr · cu · specular · sic suu verbu speculoz · Vñ iuuenal'. Qui vehie clauso latis specularib9 antro · De hoc etiã dixi i scõa pte vbi egi de accentu noim desinentiũ in ar · Et a speculoz vel specula · deriuaț E & hec specularis & hoc re · i · illustris · vel ad speculã ptinẽs · vel habilis & aptus ad speculandũ ·

Speculoz laris · in specula est ·

Speculũ A specio cis · dr hoc speculũ li · qz ibi femina speciem sui vulg9 ostideret · vel dr a splendendo · qz splendorẽ reddat ·

Spec9 A specio cis · dicie hic spec9 ci · & hec specus cus · cui · & hoc spec9 cozis · & hoc specũ ci · & hoc specu indeclinabile · in singlari oĩa in eodẽ sensu · Et est spec9 fossa fca sb terra q̃ pspici põt · que & antz dicie · & speleũ · & spelũca · Sz antz & speleũ grece · latine spelũca · s · loc9 ocau9 · rupes cõcaua · & vide qz a speleũ deriuaț spelũca · & deberet spec9 cus · vel specu · facere ablaẽm & dẽm pl'ales in ib9 specib9 · tamẽ vsualiter faciũt in ub9 · vt spe

Speliũ · in spec9 exponie cub9 ·

Spera A spaciũ dicie hec spera re · i · rotunditas · siue cozp9 ex omi pte rotundũ · & est spera manente dyametro primua circa ipm semicirculi circũductio · & dr spera q̃si spaciũ rotũdũ · Vñ & rotũditas mũdi · dr spera mũdi · qz ei9 spes in rotũdũ formata est · & quidq̃d rotundũ & volubile est dicie spera · a volubilitate & rotũditate · vt pile quibus ludũt infãtes · vel vt dicũt spera grecũ est Greci eĩ quidq̃d est rotundũ sperã vocãt · Vñ speric9 ca cũ id est · rotũd9 & solid9 ad modũ spere · Et vt ysid dicit · Spera celi est spes quedã in rotundũ formata · cui9 centz terra est ex oĩbus pt̃ib9 eq̃liter oclusa · spera ista ab oriẽte et occidẽte semel i die & nocte vertie · & tanta celeritate dicie currere · vt nisi adũsus p̃cipitẽ ei9 cursũ astra curreret · q̃ eã remorarenẽ mũdi ruinã faceret · hãc nec pncipiũ nec terminũ habere dicũt · Ideo q̃ in termino rotũdo q̃si circulo vnde incipiat & desinat · nõ facile cõphendie · & cozr · pmaz · Vñ prudenti9 maior · Cuius ad arbitriũ spera mobilis atq̃ rotũda · milti tñ eã prodoucũt · Sz male qz p ei9 cõpositũ pbaț · s · asper · qõ cõponie ab a q̃ est sine & spera · Et pspes q̃ dicie q̃si spe sperã · Sz spera pdu · e ante r ·

Sperma A spergo gis · dicie hoc spma matis · i · semẽ & ppe aĩaliũ · Vñ spmatizo zas · i · spma emittẽ

Spermolog9 · spma cõponie cũ logos · qõ ẽ fmo & dicie hic spermolog9 gi · pnl'e · cozr · i · semiuerbi9 & adiectiue põt declinari spmolog9 ga gũ ·

Spernacul9 · in spnax est ·

Spernax A spno nis · dicie spernax cis · gnis oĩs q̃ frequenț alios spnit · Et compaț · Vñ hec spnacitas tatis · & spnacul9 la lũ · penl' · cozr · i · aligtuluz

Sperno nis · sprui · spretũ · spnere spnax id est · ptemnere vilipẽdere · Spno cõponie · A spno nis · Vñ aspnor naris · deponẽtale Consp no nis · i · simul spnere · Vñ ospret9 ta tũ · Et cõpomẽ · Incõ spret9 ta tũ · i · laudat9 & pbat9 Spno & ei9 cõposita in o · sunt actiua & faciũt ptentũ in sprui · & supũ · in spretum ·

Spero A spera dr spero ras · i · spem habere · ofidere · existimare · vel spando expectare · vel credere & ppie bona · Bona quidẽ speram9 · mala timem9 Sepe tñ spare ponie p timere & ecõuerso sz impprie · Vñ dicit donat9 q̃ cũ dicie · Hũc ego si potui tñ spare dolorẽ · Spare dicit p timere · & est ibi actio logia. A spero deriuaț sperat9 ta tũ · eĩ in actiã q̃ in passiua significatõe · Et compaț · Et componẽ insperat9 ta tũ · & sil'z compaț · Spero cõponie De spero ras · i · a spe cessare · Vñ h & hec despabilis · & hoc le · Vnde despabilit adũbi · Spero p spẽ habere est neutz · imo semp videt neutz · sz q: aliud verbũ in eo intelligie põt ei9 passiuũ etiã in prima psona mueniri · nõ mim9 cñ est neutz · sic & iudeolicet etiã sepe inueniaț inudeoz · Despo ab eo oppositũ sil'z neutz est · Item spo p̃mam ppdu · sz spare eam

Perula le · dimi · pua spera · cozr ·

Spes A spero ras · dr hec spes spei · & dicie spes qz sit pes ppgrediẽdi q̃si pes · & est ecclia · Vñ econtrario dicie despatio · deest em̃ pes · nullaq̃z ppgrediendi facultas · qz dũ quisq̃z peccatũ amat · futuram gloriã nõ spat · Et caret gtõ datiuo & ablatiõ p'a lib9 fm vsũ · Inuenie cñ spes9 · Vnde in secõo libro machabeoz̃m ca · vij · g · Noli frustra extelli vanis spes9 · Hic nota q̃ spes est certa expectatio future beatitudis · veniẽs ex dei gratia & ex meritis p̃cedẽtib9 · Sine meritis em̃ aliq̃o sperare nõ est spes sz p̃sũptio dici põt · Et est spes de inuisibilibus qõ em̃ videt q̃s non speraț Et scias q̃ spes fm qõ est passio nõ est virt9 · sz fm q̃ ẽ in appetitu intellectiue ptis · Et nota q̃ numer9 p̃cipaliũ passionũ hõ modo põt accipi · qz aut sũt de p̃senti in quo pficitur mot9 ocupiscibilis · aut de futuro in quo ostistit mot9 irascibilis ingtũ ẽ ỏ difficili · si p̃mo mõ · aut de bono & sic est gaudiũ · aut de malo & sic est tristicia Si secõo modo aut de bono et sic est spes · aut de malo & sic est timor · Item animadũte q̃ spes q̃ ẽ virt9 nõ opponie timori q̃ est donũ · qz spes extẽdit se in deũ ex osideratõe diuine largitatis Timor vo dat resilitõez ex osideratõe ppie p̃uitatis · & ita ñ est fm idẽ resilitio timoris & extẽsio spei · vnde nõ sũt otraria Item spes aliquãdo ponie p re spata · vñ aplꝰ Expectãtes beatã spem · i · rem spataz vitã eternam · qz spes nõ confundit · i · nõ frustraț vel decipit

Spica · A specio cis · dr hec spica ce qz de stipula p̃silit & apparet · vel spica dr q̃si sperica qz rotũda est · et spica de maturis frugib9 dicie abusiue · Naz ppie spica ẽ cũ p culmi folliculũ i · extremũ cumulẽ culmi · ariste adhuc tenues i modũ spicli appent Vnde et sagitte et lancee breues dicunẽ spicula a spicaz sil'itudine A spica dicie spicos9 sa sũ · plenus et abũdans spicis · Vnde hec spicositas tatis · spicarũ plenitudo et abũdantia · Item a spica dr spicatus · ta tũ · i · spicã habẽs · vel spicis ornat9 · vel ex spicis cõpositus · sicut in euãgelio legie · Vnguentũ spicatũ · qõ de spicis aromatũ fuit factũ · vide etiam in nardus · et ppie · spi ·

Spicat9 ta tũ · in spica exponie

Spico A spica dicie spico cas · i · spicas emittere · vel habere vel colligere vel dare vel ad modũ spice acuere vel findere · Et cõponie · Conspico cas · i · spicas colligere · in quo sensu inueniẽ ospicoz caris depo · Despico cas · et despicoz caris · depon · i · grana de spica excutere et extrahẽ · vnde etiã sepe ponie p auferre et p apire · Expicoz caris · et expico cas · idẽ est qõ despicare · Inspico cas · i · spicas emittere vel dare · vel ad modũ spicaz acuere · vl' findẽ vel diuidere · informare · Respico cas · id est retro vel iterum spicare · Suspico cas · id est · latenter vel post vel sbtus spicare · Spico et ei9 cõposita ppu · hãc sillabã spi · vide in ospico · Item spico et omia ei9 cõposita in o · sũt neutra ·

Spicos9 sa sũ · in spica exponie

Spicula A spica dicit hec spicula le. dimi. Et h° spiculū li. telū. vel sagitta. vel breuis lancea. vel iaculū. qz ad instar spice acuit. Et spiculor laris. i. iaculari. vel spiculo occidere. Vñ hic spiculator ris. id ē. carnifex q portat spiculū ad occidendū.

Spiculator toris. in spicula exponit.

Spidromū. spiro cōponit cū dromos. qđ est curuū. & dr hoc spidromū mi. loc? post domū secretus. sicut ad req̄sita nature. Idē dr & ypodromus.

Spina A spica dicit hec spina ne. ꝓpt acuitatem. Qz aūt dr spina q̄si pūgendo sāguinē trahēs. et bia est. Vñ spinosus sa sū. i. spinis plen?. Vñ hec spinositas tatis. Iterū a spina dr hoc spinetū ti. locus vbi spine crescūt. Et spine? nea neū. i. de spinis factus vt Spinea corona. Item spina est iunctura dorsi. sic dicta qz habeat radiolos acutos. & ꝑdu. spi. Vnde thobias. Spinis & tribulis purgare noualia debet Qui serit ꝛc.

Spinax. a spina dicit hec spinax cis. tabula pl̄or qne & pinax dicit. in q̄ plā figuras faciūt in supposito puluere. vide in mons.

Spinetū ti. in spina exponē.

Spinifer fera. rū. penl'. cor'. ferēs spinas. Et ꝛpone a spina & fero fers. vel a ferēs.

Spinigena ne. cōis ge. plr. cor'. de spinis genitus

pino A spina dr spino nas. i. pūgere vl' claudē Et cōponit. Conspino nas. Despino nas. i. spinas auferre vel extrahere. Et expino nas. in eodem sensu. Inspino nas. i. valde vel me? spinare. Respino nas. i. iterꝫ spinare vel spinas remouere. Spino cū oībus suis cōpositis actiū est. & ꝑdu. spi.

Spinter A spina dr hoc spinter indeclinabi. Vel spinter teris. i. fibula vel armilla. & cor'. penult. geniciui. vide in torqueo.

Spinterculū li. dimi. ꝑuū spinter.

Spinula le. dimi. ꝑua spina

pinulent? A spina & lentes plen?. cōponitur spinulent? ta tū. i. plen? spinis. Et cōparat. Vnde hec spinulentia lentie.

Spin? A spina dicit hec spin? ni. arbor prunorum q̄ quidā in mas. gn̄e ꝓtulerūt

Spira A spera dicit hec spira re. circul? nō rediens ad idē punctū. Vñ & reuolutōes serpentiū & funiū i naui spire dicunt. & ipi funes nautaꝝ dicūtur spire. qz in spinis recolligunt. vel dicunt sic a sparto vnde fiūt.

Spiraculū A spiro ras. dicit hoc spiraculuꝫ li. i. addit?. vel ferament. vel aliq̄d aliud ꝑ qđ spirat. Vñ & spiracula dicunt oia loca ꝑ q̄ ꝑ ōt ferri spūs que greci parenia vocāt vel acazothea. Et spiracula dicunt loca ꝑ q̄ terra spiramēta edit. Item a spiro dr spiratiu? ua uū. qđ facile spirat. Et b & hec spirabil' & hoc le. habile ad spirandū. vel ꝑ qđ spirat.

Spirator A spiro ras. dr hic spirator toris. qui spirat. Sꝫ ꝙsuerunt q̄ri. An pater & filiꝰ sint vnus spirator spūsācti. Ad hoc dicūt quidā ꝙ act? recipit nūm a suppositis. Vnde etiā verbū signās substantiā ꝑ modū act? dicit de pluribꝰ ꝓsonis pl'aliter q̄uis sit essētia vna. sic iohis. x. Ego & pater vnū sum?. Act? aūt signat & in verbo & in ꝓncipio. & i noie vbali. sꝫ cū ꝓncipium pl? accedit ad substātiā q̄ verbū. & adhuc romē vbale pl? q̄ ꝓncipium & verbū. Et ideo nō possum? dicere ꝙ pater & filiꝰ spirēt spūmsanctū. vel ꝙ sint spirās. vel ꝙ sint spiratores. sꝫ ꝙ spirēt & sint spirātes. & sint spiratores. q̄uis sit vn? act? quo spirāt. tamē ꝑm qđ vnūqđq; eor magis accedit ad signandū actū. mi

nus ꝓprie pōt in singl'ari ꝓdicari. Vl' pōt dici & ꝑ ꝓpri?. ꝙ qz spirās adiectiū est. spirator vo sūt antiuū. Ideo pater & filiꝰ sūt duo spirātes. ꝓpt pluralitatē suppositor. Nō aūt duo spiratores ꝓpter vnā spiratōez. Nā adiectiua noīa hnt nūm ꝑm suppositā. Substantia vo a seipis ꝑm formā signatam. vide in scribo.

Spiritualis. in spūs exponit.

Spiritus A spiro ras. dicit hic spūs tus tui. i. flatus. vel angel?. vel aīa q̄ facit spirare. vel qz spirat in corꝑe. Priscia. aūt videt velle ꝙ a spūs deriuetur spiro ras. & hoc teneas. & spūs deriuat a pir qđ est ignis. Et a spūs dicit hic & hec spūalis & hoc le. ad spūm ptinēs. Et formant a spūs. remota s. & addita alis. Et ꝑ syncopā dicit b & hec spiritalis. & hoc le. vnde spiritalit adūbi. Et licz videant idez signare. tamē differūt. qz spūalia ad spūm ptinēt generalit siue ad bonū siue ad malū. Sꝫ spiritalia sūt bona q̄ spectāt ad salutē & ad vitā eternā. Et scias ꝙ spūssanctus qn̄ est vna dictio dicit de tercia ꝓsona i ermitate. Sꝫ quādo sē due ꝓnes spūs sāct? dicit de spū cuiuslibꝫ vizi iusti. Hic nota ꝙ licē filiꝰ duobꝰ modis dicit mitti. Vno mō quo visibiliter apparuit. Altero quo inuisibiliter castis mētibꝰ ꝓcipit. Ita & spūssanct? a patre & filio ac a seipo duobꝰ modis ꝓcedere siue mitti siue dari dr. vno modo visibiliter. Altero mō inuisibiliter. Dat? est em̄ visibiliter visibilis creature demōstratōe. sic in die penthecostes. aliisqz vicibꝰ. Et datur quotidie inuisibiliter illabēdo mentibꝰ fidelium. nō tamē spūssāctus in sui nat̄a videt a nobis. q̄ nec i illis creatis magis erat q̄ in aliis. sed ad aliud. In illis em̄ erat vt ꝑ eas ad hoīes veniēs ostenderet esse i illis. ad quos ille creature veniebāt. Nō em̄ spūssanct? tē porali motu tūc venit vel descēdit in hoīes. sꝫ ꝑ tē poralē motū creature figurata est spūalis et inuisibilis spūsācti infusio. Et vt apti? dicat ꝑ illū motū missionis spūssancti corꝑaliter exhibitū. monstrata est spiritualis & interior missio spūssancti siue donatio. Item scias ꝙ dona spūsācti sē septē q̄ enumerant in Esa. xi. Requiescit sup eū spūs domini. spūs sapiētie & intellect?. spūs consilij. et fortitudinis. spūs scie & pietatis. & repleuit eū spūs timoris dñi. Xp̄s habuit. & q̄libet mēbꝫ eiꝰ habz spūm sapiētie i diligēdo. spūm intellect? i cognoscēdo. spūm consilij i docēdo. spūm fortitudinis i sustinēdo. spūm scie i obseruādo. spūm pietatis in cōpatiēdo. spūm timoris i reuerēdo. vide i spes et in paraclit?. Gregori? aūt in. xix. omelia ezechiel' ꝓdicta dona ascēdendo enumerat. Vnde dicit. Esaias ꝓdicta dona vel grad? de celestib? loquēs descendendo magis q̄ ascendendo numerauit. Sꝫ nos q̄ a terrenis ad celestia tendimus eosdē grad? ascēdendo enumerem?. vt a timore ad sapiam puenire valeam?. In mēte etem̄ nostra ꝓmus grad? ascēsionis est timor domini. scdus pietas. tert? scientia. quartus fortitudo. quint? consiliū. sext? intellect?. septim? sapiētia. Est em̄ timor domini in mēte. sꝫ q̄lis ē iste timor si cū eo pietas nō est. Qui em̄ misereri ꝓximo ignorat. qui cōpati ei i tribulatōe dissimulat huiꝰ timor ante oīpotētis dei oculos nullꝰ est. q̄ non leuat ad pietatē. sed sepe pietas ꝑ inordinatā misericordiā errare solet. si forte ꝑcerit q̄ ꝑcenda nō sūt. peccata em̄ q̄ feriri ignibꝰ gehēne possunt discipline sūt ꝓbere corrigēda. sed inordinata pietas cū tēporaliter ꝑcit. ad eternū supplicium ꝑtrahit Vt ergo vere ordiata sit pietas. ad gradū est aliū

subleuãda·i·ad scĩam·vt sciat vel qđ ex scĩa pũiat vel qđ ex miserĩcordia dimittat·et si sciat q̃d agẽ quisq; debeat·virtutẽ vo agẽdi nõ habeat·q̃d est ipa sciẽtia· Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinẽ·vt cũ videt q̃d sit agendũ·hoc agere p mẽtis fortitudinem possit·ne timore trepidet & pauore collapsa nõ valeat dona defẽdere q̃ sentit· Sz sepe fortitudo si impulsa fuit & min9 circa vitia circũ specta·ipa sui pcũptione in casũ ruit· Ascẽdit ergo ad osiliũ vt puidẽdo pmuniat oĩe qđ agẽ fortiter põt·sz esse osilio nõ põt si intellect9 deest·q; qui nõ intelligit malũ qđ agentem grauat·quomõ põt bonũ solidare qđ adiuuat· Itaq; a osilio ascendam9 ad intellectũ. Sz q̃d si intellect9 magno qui dẽ acumine vigilet & moderari se nesciat p maturitatẽ· Ab intellectu ergo ascẽdat ad sapiaz.ut hº qđ intellect9 acute inuenit· sapiẽtia mature dispo nat· Quia igit̃ p timorẽ surgim9 ad pietatẽ·p pietatẽ ad sciẽtiaz ducimur·p sciam ad fortitudinẽ roboramur.p fortitudinẽ ad osiliũ tendim9·p osiliuz ad intellectũ pficim9·p intellectũ ad maturitatez sapiẽtie puenim9· Septẽ gradib9 ad portã ascendimus·p quã nobis adit9 vite spũalis apezit̃· De triplici spũ·habes in aĩa· Itẽ de notõib9·habes in ꝑprietas· Itẽ de peccato in spũmsanctũ hẽs in pecco cas· Itẽ ãre tit missꝰ spũsanct9 dicit̃ in paclit9· Itẽ vide in sapĩa & in virt9· Item scias q̃ quedã sũt a spũsãcto & non cũ spũsancto quedã cũ spũsancto sz nõ a spũsãcto·vt dicã in timor· Hic nota q̃ gregoriꝰ in omelia pentheco stes exponẽs illud iohis·Paraclitꝰ aũt spũsãctus quẽ mittet pater in noĩe meo ille vos docebit oĩa sic dicit·Greca locutõe paclit9 latine aduocat9·vl̃ osolator dicat̃·q̃ idcirco aduocat9 dicit̃·q; p errorẽ delinquentiũ apud iusticiã patris inuenit q̃ vni9 substãtie cũ patre & filio exorare p delinquẽtib9 phibet̃·q; eos quos repleuerit exorãtes facit·vnũ & paul9 dicit· Ipse eĩm spũs postulat p nobis gemitib9 inenarrabilib9· Ideꝰ eĩm spũs postulare dicitur·q; ad postulandũ eos quos repleuit mflamat Cõsolator aũt idẽ spũs vocat̃·q; de peccati ppetratione merentib9 dũ spem venie ꝑparat·ab afflicti one tristicie mentẽ leuat de quo recte ꝑmittit̃· Ipse vos docebit oĩa·q; nisi idẽ spũs cordi assit audientis·ociosus est ꝓmo doctoris·Nemo ergo docẽti homini tribuat qđ ex ore docẽtis intelligit·quia nisi int9 sit q̃ doceat·doctoris lingua exteri9 in vacuũ laborat· Ecce vnã loquẽtis vocẽ oĩs ꝑiter audit̃is·nec tñ ꝑiter sensũ audite vocis ꝓcipitis· Cũ ergo vox dispar nõ sit·cur i cordib9 vestris dispar est vocis intelligẽtia·nisi q; p hoc qđ vox loquẽtis cõmuniter admonet·est magister meriorꝰ·q̃ de vocis intelligẽtia quosdã spũaliter docet· Itẽ idem i eadẽ omelia· Libet oculos fidei in virtute opificis hui9 spũsancti attollere. atq; sparsiz patres noui ac veteris testamẽti ꝑiderare· Ecce aptis eisdem oculis fidei dauid·amos·danielẽ·petr9·paulũ·matheũ intueor·& sanctus iste spũs q̃lis & q̃tus sit artifex·ꝑiderare volo· sz in ipa ꝑideratõe mea deficio· Implet nãq; citharedã puer9 & psalmistã facẽ Implet pastorẽ armẽtariũ sicomoros vellicantẽ·& ꝓphetã facit· Implet abstinentẽ puer9·& iudicẽ senũ facit· Implet piscatorẽ·& caput eccl̃e facit· Implet psecutorẽ & doctorẽ gentiũ facit· Implet publicanũ·& euãgelistã & aplm facit· O q̃lis est artifex iste spũs. nulla ad dicendũ mora agit̃ in omne qđ voluerit·mox vt tetigerit mentẽ docet·solũq; tetigisse docuisse est· Nã humanũ aĩm sbito vt illustrat immutat·abnegat repẽte qđ erat·exhibet repente qđ nõ erat.

Spiro ras·raui·rare·i·viuere·vl̃ spũm ducere vl̃ suspirare· vel flare· vel olere siue redolere· Vñ hº spiramẽ mis· Spiro cõponit̃· Aspiro ras· Cõspiro ras·i·simul spirare·vel iurare· Vñ aspiratoꝛ·& aspiratio· Expiro ras·i·morꝛi·extra spũm mittere· Inspiro ras·i.spirando immittere·extinguere· Respiro ras·i·retro vel iterꝝ spirare·vel quiescẽ·pausare a labore· Suspiro ras·i.sursũ spirare·vel sbz̃ spũm ducere· Spiro & eiꝰ cõpositꝰ neutra sũt·pter inspiro p instinguere qđ est actim· Et oĩa pnõ hãc sillabã spi·vide etiã in spiraculũ·

Spissus sic̃ dicit̃ in grecismo. Spissũ de toto solido dicẽ·ac illud Densũ dicat̃ vbi locꝰ opacus haplen nis·mas·ge·ꝺr a suppleméto q̃ bẽ ex otraria ꝑte iecoris ne vacua existeret. Vñ a supleo dicit̃ splen· Et a splen dicit̃ splenetic9 ca cũ·i·ad splenẽ ptinẽs·vel q̃ patit̃ in splene· Et vt dicit̃ in grecismo. Cor sapit·pulmo loquit̃·fel cõmouet irã· Splen ridere facit·cogit amare iecur· Et dicit̃ vulgariter minza·vide in cor·

Splendeo des· splendere·i·lucere· Vñ hic splendor doris· Et splendid9 da dũ· Et cõparat̃· Et inde splendesco scis·inchoa· Splendeo cõponit̃· Cõsplendeo des· Resplendeo des· Vñ consplendesco resplendesco·scis·inchoa· Splendeo cũ suis cõpositis neutꝝ est·& caret sup·

Splendidul9 la lũ.i·aliq̃tulũ splendid9·

Splendific9.splendeo vel splendo cõponit̃ cũ fado·& dicit̃ splendific9 ca cũ·penl̃·corr̃·& splendificens centis.gnis ois· Vñ hec splendificẽtia tie·i·

Splendona·a splendeo des·ꝺr hec q̃ claritas. splendona donec.i·gladi9 qz splẽdeat·

Splenetic9 ca cũ·in splen exponit̃·& corr̃·penl̃·

Spoletũ ti·q̃dã ciuitas.plr̃·pn̄·Inde spoletan9·

Spoliatoriũ torij·in spolio exponit̃·

Spolio as·aui·atũ·are·i·denudare·spolia auferre Vñ hoc spoliatoriũ rij·locꝰ spoliãdi· Et hoc spolium lij· Et sũt spolia quatorꝝ· exuuie ducũ & diuitũ· Vñ hoc spoliariũ locꝰ vbi spolia reponunt̃·vl̃ exterior balneorꝝ cellula· Spolio cõponit̃· Conspolio as· Despolio as· Dispolio as· Expoleo as· Spolio cũ suis cõpositis est actim·

Sponda·a spõdeo des·vel a spõsa dicit̃ hec sponda de·ps lectuli vel scrinij· Vñ hic & hec spõdalis & hoc le·i·ad spondã ptinẽs·

Spondeo des·spopõdi·sponsũ·i·fideiubere·vel ꝑmittere·vel velle·& scõm pse· Spõdeo ptericuz geminat spopõdi·a quo etiã s·litera demitur i secũda sillaba euphonie causa·& dicit̃ spopõdi·Spõdeo cõponit̃· Cõspondeo des·i·simul spõdere· Despondeo des·despondi·i·valde spõdere·sponsã facere·& viro ꝺiũgere· Vñ desponso sas·freq̃n· Respõdeo des·i·retro petẽti vocẽ mittere·vel reddẽ vel osonare· vel resistere·otradicere· Vñ responso sas·freq̃n.i·frequẽter respõdere·resistere·cõtradicere· Spõdeo & eiꝰ cõpositꝰ sũt actiꝰ·pter respondeo des. qđ est neutꝝ· Spõdeo habet geminatõez in ꝑterito· sz cõpositꝰ ab eo nũq̃ geminãt ꝑteritũ

Sponsa·a spondeo des·dicit̃ hic spõsus si·& hec sponsa se· Nã olim spõsores sibi inuicẽ mittebant cautões·in quibus spondebãt se inuicẽ osentire in iura matrimonij·& fideiussores dabant· Inde admissũ est vt sponsum dicam9 viz a spondẽdo·& sponsã sil̃· Ergo sponsus est nõ q; ꝑmittit·sz q;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

spōdet · & spōsiones dat & vult. Vñ ⁊ & hec spō salis & hoc le · ad sponsū vel sponsā ptinēs · Vnde & spōsalia dicunē · q̄ m dote danē · vel a viro vel a femina · Spōsus cōponiē · Cōsponsꝰ · i · viuratꝰ · vel cū alio siml' spōsus · Itē spōsus sa sū · est ptcipium de spō deor deris · vide in matrimoniū.

Sponsor · a spondeo des · diciē hic spōsor oris · i · fideiussor · vl' ꝓmissor · Vñ ī epl'a ad hebreos ca · vij Intrū melioris testamti spōsor factꝰ est ihs ·

Sponte · a spōdeo des · diciē spōte adūb. q̄litatis id est · vltro volūtarie · Sꝫ poniē q̄nq; noialiter · ut mea spōte hoc feci. sꝫ melꝰ est vt dicam? nomē eē tm̄ ablatī casus · & nō adūbi · licet q̄nq; ponaē adū bialiter · Si aūt esset adū · cū poneret noialiter · nō adiūgeret sibi adiectīm nisi m neutro gne · Cnale quidē est ꝙ q̄n aliq̄ dictio nō noialis poniē noialiē m neutro gne poniē tm̄ · & suscipit adiectīm ī neutro gne · vt Tuū legere · Tuū euge · Tuum ergo · A spōte dr spōtane? nea neū · i · volūtari? ·

Sporta · A porto tas · diciē hec sporta te · qdam gen? vasis iunceū vel virgeū · Vñ hec sportula le · Et sportella le · dimi · Vel sporta diciē a sparto fru tice · Vnde m quibusdā locis texiē · Et hinc ⁊ sportari? rij · qui sportas facit · Et sportari? ria riū · ad sportā ptinens ·

Sportella le · dimi · m sporta te · exponiē

Sportula le · dimi · pua sporta ·

Spuma · a spuo uis · diciē hec spuma me · Vñ spu mosus sa sū · plen? spuma · Et compaē · Vñ hec spu mositas tatis · Itē a spuma diciē spumo mas · i · spu ma fluere · vel spumā habere · vel emittere · vl' auferre · Et cōponiē · Conspumo mas · i · simul spumare · Despumo mas · i · valde vel deorsū spumare · vl' purgare · q̄si deorsū a spuma ponere · Expumo mas · i · valde vel extra spumare · vl' spumas auferre · Inspumo mas · i · m vel valde · vel int? spumare · Respūo mas · Spumo & ei? cōpōsita neutra sūt · & ꝓduc · hāc sillabā spu · Iuuenal' · Et ꝓfusa mero spumant vnguēta falerno ·

Spume? · a spuma diciē spume? mea meū · i · d spu ma exīs · vel ad spumā ptinēs · vel spuma abundās

Spumo mas · m spuma est ·

Spumosus sa sū · m spuma vide ·

Spumula le · dimi · pua spuma ·

Spungia · a spuma dr hec spūgia gie · qz ex spuma fiat · vel dr a fingere qđ est nitidare · qz apta est ad tergendū · & scribiē ꝑ v · m papia spūgia ·

Spuo spuis. spui · sputū · spuere · i · sputū emittere vel sputo respgere · pfūdere · Et inde sputꝰ ta tum Et hoc sputū ti · Spuo cōponiē · Cōspuo is · i · simul spuere · vel sputo ꝓspergere vel ꝓfundere · Despuo is · i · deorsū spuere · vel sputo ꝓfūdere · Expuo uis · id ē · extra spuere · Inspuo is · i · intro vel valde spuē Respuo is · i · itez vel retro spuere · vel recusare · renuere · vilipēdere · spernere · Spuere ꝓ sputū emittere · & cōpōsita ab eo ꝫm illā sigficatōez neutra sūt sꝫ in alia sigficatōe actia sūt · & oia faciūt ptericuz in spui · & sup̄ · in sputū · & in sup̄ · ꝓdu · spu · scōm hug · Pusē · aūt dicit ꝙ spuo deficit in sup̄ · forte hꝰ dicit · qz suo tpe nō erat ī xsu tm̄ nūc eo vti possū?

Spurcicia A spurc? dr hec spurcicia cie · i · immun dicia · feditas · & formaē a gēo spurci · addita cia · fit hec spurcicia ·

Spurc? A spuo is · diciē spurc? ca cū · i · turpis fetid? immūdus. q̄si sputū screās vel ꝓuocās · vl' q̄si spuere cogēs · vel q̄si sine ꝓritate · Et cōparaē ve dicūt qđā · Vñ spurc? ñ tm̄ impur? · sꝫ etiā seu? dr

Spurídic? ca · cū · penl' · corr · i · immūda dicens a spurius & dico cis · dixi cōponiē

Spurific? ca cū · i · immūda faciēs pnl' · corr · a spurius · & facio cis cōponiē ·

Spuri? · a spurc? dr hic spuri? rij · Et hec spuria rie · qui vel q̄ genit? vel genita de nobili matre ē & ignobili patre · Itē spuri? patre incerto · & mre vidua genit? appellaē · q̄si tm̄ spurce vel spurij filius · qz mulierē naturā spuriuz veteres vocabant · Vnde et hij q̄ nō sūt de legittimo matrimonio · matrē petit? q̄ꝑ patrē sequunē · & diciē spurius · q̄si im mūdus · & extra puritatē posit? · & hinc spuri? ria riū · i · ignobilis & degenerās · Vñ in libro sapie cami · Spuria vitulamia nō dabūt radices altas · i · de generātia & non naturalia · & hec litera est rabani & antiquoz · Aug? · autē in libro de doctrina xp̄iana dicit · ꝙ melꝰ diceret adulterine plātationes ·

Sputū · m sputo tas · est ·

Sputo A spuo is · sputu · dr sput? ta tū · & bꝰ sputi · Et sputo tas · verbū frequē ·

Squaleo A scabo bis · diciē squaleo les · squalui · i · sordere · esse vel fieri squalidū vel aspuz · vel splendere · Vnde squalesco scis · inchoa · & squalid? da dū · i · asper · sordid? · Et cōparaē · Vnde squalidul? la lū · aliq̄tulū squalid? Et hec squaliditas tatis · Itē a squaleo dr hic squalor loris · i · asperitas pollutio sordidatio · Et ē squaleo neutz cū oībus suis cōpositis siqua habet · & caret sup̄ · & ꝓdu · squa ·

Squalidul? la lū · m squaleo est

Squama A squaleo les · diciē hec squama me · & ē piscīū · serpentū · & lorice Vñ squamat? ta tū · i · sq̄mis abundans · & hec squamata te · lorica ferrea ex lamīnis ferreis · vel eneis ocatenata ad modū sq̄me piscis · & ex ipo splēdore squamaz & silitudīe dca est · Itē a squama dr squamo mas · i · squamas auferre vel dare · Et cōponiē · Desquamo mas · Disq̄mo mas · Exquamo mas · Insquamo mas · oia ꝓ auferre squamas · & ꝓduc · hāc sillabā squa · & sunt neutra · Et a squama dr squame? mea meū · & squamos? sa sū · i · plen? squamis · vel lucid? · vel asper · Et cōparaē · Vnde hec squamositas tatis ·

Squamo mas · m squama exponiē

Squamula le · dimi · pua squama

Squarosꝰ A squalor vel squama diciē squarosus sa sū · i · asper vel inēqlis · vel diciē squarosus squalore vel squamis corrosꝰ ·

Squar? ri · mas. ge · quidā piscis · & dr a sq̄ma · quia squamis acut? sit · vnde & eiꝰ cute lignū poliē ·

Squilla · gen? est piscis delicati · qđ vulgo dicitur lata ·

Stabilis A sto diciē ⁊ & hec stabilis · & hoc le · Vnde stabilio lis · livi · litū · i · firmare · statuere · Et hec stabilitas tatis · i · firmitas · īmobilitas · Et cōponiē Cōstabilio lis · & ē actīm stabilio cū suis cōpositis · Stabilis cōponiē Instabilis le · Vnde instabiliter adū · & hec instabilitas tatis

Stabulari? · in stabulū est

Stabulor laris · in stabulū exponiē

Stabulū · a sto stas dicīē hoc stabulū li · q̄si statio boū · Vnde stabulari? ria riū · ad stabulum ptinens Et hic stabulari? rij · stabuli custos. vel equoz custos siue ductor · Et cōponiē hic ꝓstabulari? quod frequenti? inveniē hic conestabulari? & designat dignitatē siue officiū · vnde hec conestabularia rie · eiꝰ uxor vel dignitas · Itē a stabulū dr stabulor laris · deponē · Hoc antiq̄ dixerūt stabulo las · in neutro

gñe·& est absolutū·vt Hic stabulanē equi mei.
Stacten·gen⁹ p̄cioſe reſine·vel incenſū qđ ex p̄s ſura manat·& est īdeclinab·Potest etiā declinari hoc stacte·hui⁹ stactes·Et vt dicūt quidam·Stacten idē est qđ mirra·vel gutta mirre arboris·Et ē grecū·Scōm aūt pap̄·stacten ē fruct⁹ cinamomi·
Stadialis·īm stadiū exponiē
stadiolū li·dimi·puum stadiū
stadiū·dij·octaua pe est miliarij quo vtunt̄ greci in meciēdis viaz spacijs actoze hercule·q̄ dū ēſſet fortiſſim⁹ & nimij roboris ferē vno anelitu cē tumetrigintaqñq; cucurriſſe paſſ⁹·& qz ibi finem currēdi fecit·Stadiū a stādo nuncupatū est·Vide
Stagnari⁹·īm stagnū exponiē· ¶ īm catimū
tagnū·a sto stas dicit̄ hoc stagnū gni·aq̄ stans artificialis piſces habens.Et dicit̄ stagnū ab eo·qz aqua ibi stet nec diſcurrat·Vñ stagne⁹ gnea gneū Et stagnoſus sa sū·Et stagno as·ad modū stagni mūdare·abūdare creſcere·Et cōponiē·Cōstagno gnas·Destagno nas·i·valde vel deozsū stagnare·vel decreſcere·vel stagnū remouere·Instagno nas id est·īntus vel valde stagnare·Restagno gnas·i·itez stagnare·vel retro·ſ·decreſcere·vel redūdare vel stagnū remouere.Stagno neutz est cū oībus ſuis cōpoſitis·Itē a stagnū dicit̄ stagnari⁹ gnariagnariū·ad stagnū p̄mēs·vel īm stagno opans·Vñ b & hec stagnēſis·& hoc stagnēſe·
Stayzos·īterp̄tatur crux·
stamen·a sto stas dicit̄ hoc stamē mis·filū teleſcz ozditura·qz stātes ſolebāt texere·& tela erecta ſolebat diſponi ſurſū pendēs de trabe·Vñ stamineus nea neū·& cozr·sta·
Stannū ni·est qđā gen⁹ metalli·& dz a quodaz greco·ſ·stannatos·qđ est separās & ſecernēs·mixta em̄ & adulterata īmē ſe p ignē metalla diſſeciat.& ab auro & argento es plūbūq; ſecernit·Alia quoq; metalla ab igne defēdit·Vñ stanne⁹ nea neū de stanno exiſtēs·& stānoſus sa sū·stāno plenus·& abūdans·Et stāno nas·i·stāno aliq̄d aptare·prepārare·ornare·ordinare·Et cōponiē·Cōstanno as id est·ſimul cū alio stannare·Destanno nas·i·valde vel deozsū stānare·vel stannū remouere·Instāno nas·i·int⁹ vel valde stānare·Restāno nas·i·iterum vel retro stānare vel stannū remouere·Stāno cū ſuis cōpoſitis est actīm·Itē a stannū dz stānarius ria riū·ad stannū p̄mēs vel īm stāno opans·Et b & hec stānenſis & hoc se·Et ſcribit̄ stannū pro metallo·& oīa p̄dicta ab eodē deſcēdentia p gemināū n·Sz stagnū p aqua ſcribi debet p g·Vñ verſ⁹ Stās aqua dat stagnū ſpecieſq; metallica stannuz G.retinet p̄mū vult n·gemināre ſcōm·Itē īm greciſmo dicit̄·Est eris ſpecies stannū·stans est aqua stagnū·N·duplici ſcribas p̄mum·cū g·qz ſcōm·
Stasis grece·latine dz stans vel stat⁹·
tater A sto stas dicit̄ hic stater teris·qđā pondus·i·medietas vntie appendēs aureos tres·Vnde & dicit̄ stater·qz trib⁹ ſolidis stet·vnde videt̄ cōponi a sto & ter·& penl·pou·īm gño. A stater dz hec statera tere·pond⁹ habens dzacmas q̄ttuor.q̄ sūt ſcrupuli duodecim·& pēſat ſolidos tres·Item statera dicit̄ trutina ſcz ptica extranſuerſo īm libza poſita·ſic dicta qz ex duab⁹ statera lancib⁹ & vno ſtilo medio pēdeat & stet·Et statera dz ſepe totū illud īſtrumentū·& cozr·penl·gti stater teris.vñ in matheo debet cozr·Inuenies ī ore piſcis staterē Sz stateza re·pou·penl·vñ quidā·Sepe mīn⁹ state r e·lanx otinet ampla statere·Et īm greciſmo dicit̄·
Libza stateza stater est qđ libzat̄ īm illa
tatera·īm stater exponiē·
tatim·i·illico adū·tpis a sto vel a statu dicitur
tatio A sto stas dicit̄ hec statio onis·Et dicit̄ statio loc⁹ vbi naues ad temp⁹ stāt·Sz portus est naturalis & ppetuus·Vñ & statio de vita ista·qz hic ad temp⁹ ſtam⁹·qz bm apl'm·Nō em̄ habemus hic manentē ciuitatē·ſz futurā inq̄rim⁹·Vñ hec statiūcula le·dimi·Et stationari⁹ ria riū·Et statiuus ua uū·īm eodē ſenſu·Itē statio dz vbi stat vn⁹ exercit⁹ ꝯgregat⁹·Regū p̄mo ca.xmj·Veni & transeamus ad stationē philiſtinoz.Vñ verſ⁹·Est statio vita·statio port⁹·stadiū q̄z·
Statua A sto stas vel a status dz hec statua tue·ymago·ſimulacz·qz repſentet statū alicui⁹·
Statuari⁹ A statua dicit̄ statuari⁹ ria riū·ad statuā p̄tinēs·Et hic statuari⁹ rij·qui statuas facit·et hoc statuariū·candela cū qua statua cingit̄ & circūdat̄·vel crux vel altare·Zacharie.xi·ca·Proijce illos ad statuariū·
Statuo A statu ſup̄·de sto stas addita o·fit statuo statuis statui statutū statuere·i·ordinare·censere·fabricare·edificare·ꝓstituere·ponere·Et ꝯponiē Cōstituo tuis·i·ſimul statuere Destituo tuis·id est·deſerere derelinq̄re vel deozsū statuere vel a deozsū ſurſū statuere·Instituo is·i·ordinare decernere·Prostituo is·i·p p̄cio statuere ꝓponere & ē verbū meretricū.q̄ p̄stituūtur.i·p p̄cio ſe ſuponūt·Restituo is·i·retro vel itez statuē·Sbstituo tuis·subet⁹ vel p⁹ statuere·ſurrogare·in loco mozt ui eligere & ponere·Statuo & ei⁹ cōpoſita oīma sūt actīa·& mutāt a p̄ſentis īm i cozreptā
Statura A sto stas dz hec statura ture·i·stat⁹ homīnis ſcz ei⁹ magnitudo·& statura dicit̄ poſt iactū lapidis īm aquā·Vñ circuli fiūt īm aq̄ reditus ipſi⁹ aq̄·Vñ lucan⁹·Et statura redit·Potest etiā hoc eſſe ptic̄piū
Statut⁹ A sto stas dicit̄ stat⁹ ta tū·ptic̄ipium·Quidā tamē dicūt esse ſincopatū a statutus·vnde ſubstātiue dicit̄ hic stat⁹ tus tui·
Stenopacia·dicit̄ astrictū cozp⁹ qđ nec īm suo
tella A sto stas dicit̄ hec stella le· re relaxat̄·qz videt̄ stare·& bm hoc stelle dicunt̄ ꝓpie q̄ sūt īm firmamēto·& scias q⁹ stella dicit̄ q̄libet singularis·Sid⁹ vo pluriū stellaz collectio·Astz grādiſ stella vel grāde sid⁹ Sz hec noīa sepe confunduntur apud autoꝛes·vnde hec stellula le·dimi·Et stelleuſ lea leū·i·clar⁹ vel ad stellā p̄tinēs Et stellat⁹ ta tū id est·stellis circūdat⁹·vel ad modū stellaz depictus·vide īm astrū·
Stellio A stella dicit̄ hic stellio onis·reptile simile lacerte·qz depict⁹ est quibuſdā maculis ad modū stellaz De hoc dicit quidā Stellio nocte micat ſozdens īm luce dici
Stellionat⁹ ta tū·a stellio dicit̄·i·vari⁹ fraudulēs tus verſipellis malefactoz Et hic stellionat⁹ tus·tui·i·maleficiū fraudulentia verſutia
Stello A stella dz stello las·i·ſplendere ad modū stellaz·stellis circūdare & ornare· vel stellis diuīare aliq̄d ꝓpendere·Et cōponiē·Cōstello las·Vnd hec ꝓstellatio qđ sepe poniē p ipō signo stellarum Et est neutz stello las·cū suis cōpoſitis
Stellula le·dimi·pua stella
Stema matis·neutri ge·i·nobilitas vel ordo ymaginū nobilium vel honoz vel dignitas vel corona vel ornamēt̄ū·Iuuenalis·Stemata qđ faciūt·Stemata dicunt̄ etiā ramuſculi quos faciūt īm gñe cuz

gen⁹ cognationū partiunt̄ sicut ille pater ille au⁹ cē vide in stigma.

Stematon tumor mollis carnis.

Stemon est lic⁹ angustū.

Stephan⁹ stephane grece latine corona dicit̄ vñ stephan⁹ corona interp̄tat̄ grece sed hebraice norma. Fuit vo corona i principiū martiz in nouo testamento sicut abel ī veteri. Vñ & pthomartir dr Fuit em̄ norma i exēplar & regula alijs patiendi. Vel stephan⁹ dicit̄ strenue fās vel q̄si strenue fās an⁹ i strenue siue laudabiliter fās i instruēs & regens an⁹ i viduas veteres quib⁹ ab aplis fuit p̄fectus & est etia nō compositio. Est ergo corona p̄pter p̄ncipiū martirij. Norma p̄pter exemplū patiendi vel bene viuēdi. Strenue fans p̄t̄ luculentaz p̄dicatōez. Strenue fans an⁹ p̄pter viduaz laudabilē instructōez. ¶ Hoc etiā attendēs maxim⁹ eps dicebat. In hoc q̄ stephan⁹ præpositꝰ est femis. testimoniū meruit sinceriſſime castitatis Beat⁹ ergo karissimi q̄ imitat⁹ hūc fuerit. puticicie em̄ palmā & martirij osequet̄ coronā. ſz quid distare īt̄ martires pōt. p̄cipu⁹ esse meruit iste q̄ prim⁹ est. Morte em̄ quā saluator dignat⁹ est p̄ oibus pati. hanc iste prim⁹ reddidit saluatori. In p̄secutōe aūt positus p̄ p̄secutorib⁹ dñm dep̄cabat̄. atq; ī illa lapidū ruina quādo ali⁹ obliuiſci poterat etiā karissimos suos. ille dño cōmendabat inimicos. Pl⁹ itaq; dolebat illoz peccata q̄ sua vulnera. Pl⁹ illoz impietatē q̄ suam mortē.

Stera A sto stas vel steti. dicit̄ hec stera re. pellicula in q̄ puer inuoluit̄ & morat̄. Vñ macrobius. Stere si subdit̄ herba desiccabit eā. Et inde stericus ca cū. ad sterā p̄mēs. vel ī stera patiēs & ifirmat⁹

Sterc⁹ rea reū. in sterc⁹ est

Stercoro ras. a sterc⁹ dicit̄ stercoro ras. stēcoraui ratū. stercorare. i. stercore inq̄nare. vel impinguat̄ & corripit co.

Sterc⁹ A sterno nis. dicit̄ hoc sterc⁹ coris. quia sternit̄ in agris. vel q; extergi oporteat quidq̄ in ciuitate sordidū redūdat. vel q̄ verī⁹ est. Sterc⁹ dicit̄ a sterten q̄ & stercuci⁹ dict⁹ est. q; p̄m⁹ stercorādi agri ratōez inuxit ī ytalia. Vñ & fimus dr q; fiat mus. i. sterc⁹. Vñ stercore⁹ corea coreū. Et stercorosus sa sū. i. stercore plen⁹ & inquinat⁹. & vtrunq; compatur.

Steric⁹ ca cū. in stera exponit̄ & cor̄. ri.

Sterilis. a stera dicit̄ h & hec sterilis. & hoc lepenl. cor̄. i. infructuosus. infecund⁹. nichil aptus gignere. & compat̄. Vñ hec sterilitas tatis. i. infructuositas. infecūditas.

Sternax. a sterno nis. dicit̄ sternax nacis. ge. oīs. q facile & sepe sternit̄ vel sternit. & compat̄.

Sterniū. a sterno nis. dr hꝰ sterniū nij. loc⁹ apt⁹ ad sternēdū. Et inde p cōpositōez hꝰ lectisterniū.

Sterno nis. strauī vi. in tū. stratū. sternere. i. pacificare. p̄parare. insellare. obruere. Vñ in grecismo dicit̄. Sternit̄ equiuoce mare. lect⁹. asell⁹. & hostis. Sterno cōponit̄ cū ad & dr asterno nis. astraui. astratū. i. ad vel iuxta vel valde sternere. & abijcit̄ d. Ītē osterno nis. ostraui. q; & osternor naris. deponē. mueniē p̄me oiugatōis. & vtrūq; cōponitur cū cō. et stezno nis. Ītē circūsterno circū straui Ītē desterno nis. destraui. i. valde vel deorsū sternere. vel deest ibi p̄uatīm q̄si a pace vel patu remouere. vel sellā auferre. q; & dissellare dicit̄. In sterno nis. instraui. i. intus vel valde sternere. Pro sterno nis. p̄straui. i. p̄cul vel ante vel p̄ aliqꝰ stez nere. sbijcere. Prestezno nis. p̄straui. i. sup vl̄ ante sternere. Sbsterno nis. substraui. i. sbtus vel post vel paz sternere. Stezno & eiꝰ cōpositꝰ in o. sunt actiua. & faciūt p̄teritū in straui & sup. in stratū.

Sternon onis. in stratoꝛes exponit̄.

Sternutatio A sterno nis dicit̄ hic sternut⁹ ti. vñ sternuto tas. i. sternutū facere. Vñ hec sternutatōtionis. idem q̄ sternut⁹. Iob. xli. Sternutatio eius splendor ignis. Q; tractās greg. dicit. Sternutatio est cū inflatio a pectore exurgit. q; cū apertos ad emanandum poros nō inuenit cerebz tāgit. & cōgesta p nares exiēs totū caput p̄m⁹ mouet.

Sternut⁹. in sternutatio exponit̄.

Sterquilimiū A stezno nis dr hoc sterq̄limiū limij. id ē. sterc⁹ vel loc⁹ plen⁹ stercore. & videt̄ esse cōpositū a sterc⁹. & limio limis.

Stezto tis. stertui. supino carz. Vñ dicit p̄s. in. xli. A stezto stertui. supinū nō inueni. Et est stertē naribꝰ dormiēdo resonare. Vñ sepe ponit̄ p dor Stibiū. vnguentū vel color noīe ceruſa ¶ mire quo meretrices & solute mulieres solebāt vti. Vñ in q̄rto libro regū cap̄lo. ix. legit̄. Iezabel introitu ei⁹ audito depinxit oculos stibio.

Stibinus na nū. media p̄du. est color cerusē⁹ vel habēs colorē stibij. vel onichini.

Sticos grece. latine versus dr.

Stiga ge. dicit̄ stimul⁹ q̄si stigul⁹. i. acule⁹ cōpūctio & incitatio. molestatio. Vñ stigo gas. i. stimu

Stigestos. i. tristicia ¶ lare. & p̄d illā silla. sti.

Stigis. in stix stigis exponit̄.

